
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 A
32


CLAVDII

SEYSSELLI

SABAVDIENSIS, LV-DOVICI GALLORVM regis XII. Consiliarij, ac LL. in Taurinensi academia interpretis celeberrimi,

Speculum Feudorum,


OMNIBVS FEVDALIS scientiæ studiosis vtilissimum, pristino nitori, complurimis mendis sublatis, restitutum, accessionibusq; haud contemnendis auctum.




CVM INDICE RERVM AC VERborum toto hoc Opere memorabilium locupletissimo.

Ex Legato Ill.mi Gouini

BASILEÆ PER THOMAM GVARINVM.







CLARISSIMO, OMNIQVE ERVDITIONIS ET VIRTVTVM GENERE ORNAtissimo viro, domi. Hartmãno Hartmanni ab Eppingen, I.V. Doctori peritissimo, ac iudicij Imperialis Adsessori prudentissimo, domino suo obseruando,

Pomponius Ellama, S. P. D.



EVDORVM Scientia lõgè hoc tempore vtilißima, maximeq́ necessaria in vtroque foro, vbi pro regnis, ducatibus, ciuitatibus atq castellis causæ agitantur, pluribus maximi ingenij viris atq incomparabilis eruditionis Iureconsultis occasionem præbuit eam suis scriptis illustrandi, idq́ maximè, quòd ea confusè admodum & inordinatè ab eorum legislatore sit euulgata. Inter hos non minimi nominis Claudius Seysellus, summus in Taurinensi academia suo tẽpore legum interpres, & Ludouici XII. Christianißimi Francorum regis consiliarius, iura feudalia confusa & immensis

ambagibus inuoluta, in certum ordinem breuemq́ summam redigere conatus, cœptum opus Speculum Feudorum, ad imitationem Gulielmi Durandi Speculi Iuris authoris, inscripsit, quo cōpendioso tractatu omnia, quæcunq́ naturam feudorum attingunt, summo ingenio artificioq́ explicare instituerat: sed in Galliam à Rege euocatus, postea perficere nō potuit, cùm priuatis, tum publicis occupationibus præpeditus: idq́ non sine magno incommodo eorum, qui Feudalium consuetudinum notitiam certam habere cupiunt. Quod cùm Thomas Guarinus partim vestro, partim aliorum hortatu recudendum sibi sumpsisset, priùs de ijs, quæ ad hoc Speculum exornandū requirebantur, pro ea, quæ ipsius est singularis in libris ad lectorum cōmodum vtilitatemq́ quàm nitidissimè emendatissimeq́ imprimendis cura, diligentia, atq́ fides, consulto aliorum iudicio: meam operam in ijs, quæ fuerunt ad eam rem necessaria, requisiuit. Vbi quāquam tunc temporis occupationibus alijs obruerer, meq́ ad ipsius expectationi satisfaciendū imparem agnoscerem, vtpote in hac palæstra minimè versatum, tamen inductus ipsius rogatu

gatu, cui ob mutuam familiaritatē ab aliquot annis inter nos initam, & singularem ipsius in me humanitatem quid denegare nefas ducerem, onus meis humeris imponi passus sum viribus propemodum grauius. Dedi tamen operā, vt quo ad per occupationes alias meorumq; studiorum profectum licuit, loca in editione priore corrupta, quæ haud pauca se obtulerunt, restituerentur, hanc vbique secutus legē, vt ab exemplari, quod vnicū habuimus Doct. Basilij Amorbachij summi in hac alma Basiliensi academia Iureconsulti beneficio nobis suppeditatum, præter aliud manuscriptum hoc neutiquam emendatius, nullibi, nisi in manifestè deprauatis, discederem, dubia lectoris iudicio correctioniq; (quia ad ea examinanda tempus minimè suppetebat) relinquens, ne in alieno Opere plus nimio sapere voluisse viderer. Tituli præterea distincti sunt in suas partes præcipuas maximeq; principales, paucisq; quid & quo ordine, in ijs agatur, ostenditur, præmissis ad hæc vbique ante versiculos præcipuè notabilibus, quo hoc modo Lectori hæc inquirenti eò citius occurrerent, ipsiusq; laboribus consuleretur. Hanc opel-

lam meam quanquam animus fuerit publicè minimè contestari, tamen consuetudine nihil non arrodentium malignitate, introducta, vt patronus edendis quæratur, dispicienti mihi nemo occurrit, cui eam potius inscriberē, quā qui Seysselli vindicādi primus author fuerat, idq; potissimùm confirmante me in proposito Thoma Guarino. Redit igitur ad te, vir ornatissime atq; humanissime, Cl. Seyssellus vestro potissimùm suasu in lucem reuocatus, vestrū exposcens patrocinium aduersus mordacem maledicentiam eorum, quibus cùm suo, tum haud leui publico detrimento potiùs volupe est τὸ μωμεῖσθαι, ἢ μιμεῖσθαι, quæ ab aliјs in commune vtilitatē promouēdam fiunt. Huic aūt si quis nitor accesserit, squalorq; pristinus aliquo modo sit abstersus, id omnino vobis acceptum feret: si autem sinisterius quid (quod absit) ipsi contigerit, nobis ignosci petimus, qui inter alias occupationes, quibus opprimimur, ipsi si non prodesse, omnino tamen non obesse studuimus: quod quo modo consecuti fuerimus, aliorum iudicio committimus, id vnumquenq; obnixè rogantes, vt vbi vires defuerunt, voluntatem nostram boni consulere

lere non dedignentur: quo facto expectationi nostræ abundè satisfactum putabimus. Viue, ac vale diutißimè rectißimeq; virorum optime, cameræ Imperialis singulare decus.

Basileæ anno M D LXVI.
XV. Cal. August.

IN CL. SEYSSELLI SPECVLVM FEVDORVM INDEX *locupletißimus.*

A

Eccle-

E

Gerar-

cùm

FINIS.

ORDO OMNIVM QVÆ IN HOC FEVDORVM TRActatu continentur.

CLAVD. SEYSSELLI SABAVDIENSIS IVRISCONSVLTI, CHRISTIANISSIMI *Francorum Regis Consiliarij,* in

SPECVLVM FEVDORVM Præfatio.



EVDORVM materiam antiquis legũlatoribus penitùs incognitam, sed quotidiano hominum vsu postea adinventam, & principum Romanorum authoritate, vt suo loco ostẽdemus, ad Iuris necessitatem redactam, summæ apud Iuris professores vtilitatis necessitatísque esse, vel ex eo manifestissimum est, quòd illam in vtroque foro, Ecclesiastico scilicet & Seculari, pro rebus plerunque maximis, velvti pro regnis, pro ducatibus, pro ciuitatibus & prouincijs, pro castellis atque oppidis quotidie videmus agitari. Verùm ea fuit labentis iam Imperij Romani miseria atque infelicitas, vt cum ipsa republica, ingenia quoque hominum, & bonarum pariter artium exercitatio, earum pręcipuè quæ ad normam ornatumq́ue orationis pertinerent, de-

Feudorum utilitas, necessitásque

Feudistarũ primorum in sermone atque stylo rusticitas.

fecisse videantur. Tanta est enim Compilatorũ huius Operis in sermone atque stylo rusticitas, obscœnitásque, vt neque ordo, neque elegantia, neq; plena decidendi ratio, sed econtrà confusio, barbaries, & irrationabilis nonnunquam iniquitas, ex his, quarum authoritati innitimur, Cõstitutionibus deprehendatur. Effecit tamen Cæsarum suprema authoritas, vt his promulgatis, & nouissimis, quas Collationes appellamus, superadditis Principum constitutionibus, quàm plurimos maximósque iuris vtriusque Doctores illas commentare, glossare, interpretari, atque ad instar cæterarum legum Romanarum, publicè docere oportuerit: ob quã præcipuè causam illarum emendatio, castigatióq; alioquin valde expetenda, difficillima, imo impossibilis iam fuit effecta: quippe qua non subsequuta, tot tantorumque Iureconsultorum ingenia, labores, & vtilissima dictamina deperire oporteret: illorum itaque studium, qui Constitutiones ipsas meliori elegantiorique stylo reficere conati sunt, aliquando vtilissimum & penè necessarium, nunc verò temerarium atque pernitiosum fore existimo. Hac autem, qua vtimur compilatione, manente, materiam ipsam

Cæsarum authoritate Feudales cõstitutiones cœptas publicè doceri.

Feudorum libros inor-

ipsam, cùm inordinatã, tum etiam maximè confusam remanere consequens est & necessarium: esse enim in eo opere plures penè rubricas videmus, quàm constitutiones: & aliud plerumque Rubro indicatur, q̃ Textus explicet constitutionis: aut econtrà, aliud continet Constitutio, quàm Rubrica sit præfata. Nonnulli etiã tituli semel atque iterum repetiti, manifestã præ se ferunt superfluitatem. Adde, quòd magna ex parte ambiguum adeo, obscurumq;, aut certè incongruum sensum habent, vt ad sanum intellectum, quantacunque Interpretum industria, vix reduci possint.

dinatos & confusos ad modum esse item magna ex parte ambiguũ, obscurũ atque incongruũ habere sensum.

Quibus fit difficultatibus, vt si qua nobis incidat rerum feudalium controuersia, decisionem certam, non nisi illarum constitutionum apprimè gnari, inuenire facilè queant. Auget difficultatem, quòd legum Romanarum, sacrorumq; Canonum, antiqui, nouiores, moderníque Commẽtatores, varijs in locis feudales ãttingũt & decidunt quæstiones: quas omnes in vnum ordinem coactas redigere, laboriosum ac propè impossibile videretur. Cui tamen morbo plerique legum vertices, & maximè nostra ætate summi consumatissimique viri subvenire nõ quidẽ frustrà tentauerũt.

Feudaliũ rerũ cõtrouersiæ si occurrãt, earũ decisiones certæ quare difficulter inueniantur.

Feudorum materiã qui in ordinẽ redigere conatisint.

Nam, vt vetustiores prætereā, fuit hac nostra tempestate non paruæ literaturę Iurecōsultus Iacobus Aluarotus, qui plurimas maiorum nostrorum diuersis in commentarijs sparsas decisiones lecturæ suæ, quam super ipso feudorum libello vtiliter edidit, accumulauit. Post eum quoque clarissimus, & inter modernos Iuris professores famæ percelebris, dominus Ioannes Iacobus de S. Georgio, Episcopus Alexandrinus, ac Mediolanensis præpositus, causarumq; sacri Pontificalis palatij Romę auditor, alias nonnullas longo, vt arbitror, studio elaboratas superiecit. Consumatissimus quoque & ætati nostræ vtilissimus legū interpres Iason Maynus Mediolanēsis, mihi doctrina pater, & præceptor colēdissimus, quum initia quædam præclari singularisque operis edidisset, nescioqua ex causa in ipso operis exordio cernitur destitisse. Sed hi omnes, quanquam vtilia, commendabiliaque opera sint aggresßi, dum tamen inordinatam, vt ostendimus, compilationem prosequūtur, seriosam planāq; doctrinam tradere nequiuerunt, præsertim cùm plurimas ac propè infinitas extra materiā quæstiones, quæ ex ipsis textibus faciliter excerpūtur, & à cæteris

Iacobus Aluarotus.

Iohānes Iacobus de S. Georg.

Iason Maynus Mediolanensis.

ris Commẽtatoribus mouebantur, interſerere ſint compulſi: ſicque fit plurimarum diuerſarumque rerum contextura, vt in immenſum illorum proceſſerint volumina: qui ſi ſola feudorum materia contenti fuiſſent, paruo libello omnia facilè comprehẽdere potuiſſent. Quas quidem difficultates prudenter intuitus, ſummus legum & Canonum vertex, virque doctrinæ ſingularis, Iacobinus Michaëlonus de ſancto Georgio (quo promouẽte lauream, quamvis immeritus, apud Thaurinos, in vtraq; cenſura ſuſcepi) nouũ ordinem excogitauit, quo materiam hãc feudalem, omni alia penitùs exploſa, compendiosè poſſet explicare, & Angeli Aretini in ſuis vltimarum voluntatum, & maleficiorum tractatibus ordinẽ imitatus, ad textus inſtar forma ampliſsima inueſtituræ pręmiſſa ſingula illius verba exponendo, declarandoque, totam penè feudorum medullam eſt complexus, & ſubinde tractatum homagiorum non inordinatè ſubiecit: multa tamen, plurimaq; materiam ipſam concernẽtia, ea ratione præteriri ab eo oportuit, quia nec ſub verbis thematis ſui commodè inſeri potuiſſent. Horum igitur præſtantiſsimorum Iuriſconſultorum induſtria

Iacobinus Michaëlonus de S. Georgio.

Angelus Aretinus.

Cauſa huius operis

conscribēdi, et Methodus qua hic Author utitur.

atque ingenio illustratam elucidatámque magna ex parte feudorum congeriem, necdum tamen, vt mihi videtur, consumatam, &, vt oportet, in modum redactam animaduertẽs, nullam exquisitiorem, faciliorem que viam ad tantæ, tamque necessariæ rei enucleationem perfectionemq; inveniri posse arbitratus sum, ea, quam primores legum nostrarum, sacrorumq; Canonum, & ipsarum quoq; feudalium sanctionũ Commentatores, viri quidem doctrina illustres præbuerunt, qui compendioso tractatu, quæcunque vario & inordinato stylo ab ipsis legum latoribus edita essent, ad summam breuissimam redegerunt, infinitásque earum ambiguitates & obscuritates diuino quodã ingenio resoluerunt, neq; vlla legibus ipsis, aut cæteris denique Constitutionibus facilè inveniendis intelligẽdísq; accommodatior doctrina vsquã postea comperta est. Hinc apud Legistas Azo, & apud Canonistas Gofredus, deinde Hostiensis: apud Feudistas verò prę cęteris Summatoribus, Iacobus Ardizonus, immortalem sibi gloriam, summamque authoritatem vẽdicarunt. Cæterùm quia Summatores ipsi textibus duntaxat explanandis operam adhibuerunt, quippe

Azo. *Gofredus.* *Hostiensis.* *Iacobus Ardizonus.*

qui

qui in ipso proditarum legum exordio nihil aliud complecti potuissent, multæ atque innumerabiles à subsequentibus Commentatoribus, varijs in locis ad ipsarum legum interpretationē declarationemq;, emanârunt decisiones, quæ dirimendis controuersijs, non minùs ipsis textibus sunt necessariæ, qúæque, si cum ipsis textuum primordijs eodē ordine summari potuissent, opus elaboratum, atque omni ex parte consumatū esse omnes arbitrarentur: quod quidem magnæ authoritatis, & incredibilis literaturæ vir Guilhelmus Durandi Prouincialis, in vniuersam Iuris censuram feliciter adorsus est. Is enim ex textuum nucleis, glossatorumque & cæterorum magistrorum, quos illa sæcula produxerant, vtilissimis dictaminibus, decisionibúsque optimum faciens collyrium, maxima toti iuris professorum reipublicæ attulit emolumenta, opúsque illud plurimis elaboratum vigilijs, optimaque arte compositum, SPECVLVM IVRIS non frustra quidem voluit appellari, in quo feudalē ipsam materiam non neglexit, quinimo plerasque circa eam docuit explanauítque difficultates, non tamen ex integro illā differere est annixus. Quem hoc loco

Guilhelmus Durandi, Prouincialis.

imitari pro posse cupiens, licet assequi non contẽdam, cuius calceamenti corrigiam soluere non sum dignus, quantũ tñ ingenij imbecillitas & doctrinę paruitas ferre potuerũt, omnibus Cõmentatorum huius operis percunctatis codicillis, & ex cęteris legum, Canonúmque interpretibus, provt inter studendum multis iam retrò annis percurrere datum fuit, quę ad hanc materiam pertinerent, post metentium, vt aiunt, terga collectis sententijs, hanc feudorum non leuem sarcinã in partiales libros, dehinc titulos, partes, paragraphos, versiculósque distinctam, summare, diuino munere annuente, decreui. Quod ex viri insignis, quem imitaturum me prędixi, authoritate, SPECVLVM FEVDORVM cupio nominari: non parum me cunctis vtriusque Iuris studiosis, & his maximè, qui forensibus causis agendis sunt intenti, profuisse arbitratus, si triticum latissimis finibus dispersum, longeque ab inuicem distantibus agris & inter infinita varij generis sementa excretum, à cęteris in primis speciebus selectum, omnique zizania, puluere, cęteraque id genus excussa immunditie, in horrea cribratũ mundatumq;, & trituræ, aut semini paratissimũ, redegero.

Titulus Operis.

Quod

Quod quidem opuſculum, vbi cõſumatum, & in modum redactum fuerit, omnium Iuriſperitorum correctioni iudicioque ſubijcio.

DIVISIO, SEV PARTITIO Operis quadrimembris.

ET quò magis ordinem præfati Speculatoris obſeruẽ, atq; vt planiùs explicari materia hęc feudalis poſſit, in quatuor principales partes totũ opus diſtinguemus: in quarum

Prima de feudi cognitione tractabitur, eaque magna ex parte diſcutiẽtur, quę Cõmẽtatores in pręludijs feudorũ pręmittere cõſueuerunt. ¶Secũda verò pars de feudi conſtitutione & acquiſitione inſcribetur, in qua per varios titulos modus cõſtituẽdi feudi primùm elucidabitur, & tam de ipſius contractus feudalis forma, natura, & effectu, q̃ de ipſius executione, hoc eſt, de inueſtitura vera & abvſiua, de iuramento fidelitatis & homagio, de multiplici obligatione, reciproca inter dominum & vaſallum, de iure tam reali, q̃ perſonali, vtriq; eorum ex natura cõtractus & rei traditione competenti: deinde verò varij modi, per quos acquiri nobis feudũ poteſt, enumerabuntur, inter quos ſuc-

cessorius titulus cęteris pręgnantior, in descendentium, ascendétium, collateralium, & penitùs exterorum successiones singulis titulis partietur. ¶ Tertia verò pars de feudi amissione titulum præferens, non tantùm, quibus ex caussis amittatur feudum, edocebit, verùm & qualiter, quæ've requirēs, & ad quē, ac quemadmodum revertatur, quo de iure, qua actione, & à quibus personis repetatur. ¶ In quarta postremò parte, de feudi contentione, denominata, omnes fere tituli, qui ad Iudiciarium ordinem pertinent, in secundo Decretalium libro inserti, continebuntur: nihil tñ in his omnibus, nisi quod ad feudalem materiam particulariter nominatimque spectet, immiscebitur. Hos igitur laborum meorum, vel insipidos fructus, cuique, provt stomachus eius patietur, degustare, mordere, deglutiréve licebit.

Incipit

INCIPIT PRIMA PARS, in qua ea explicantur, quæ pertinent ad tractatum de

FEVDI COGNITIONE.

Ordo tractandorum in hac prima parte.

AD feudi cognitionẽ in primis maximéque pertinet intelligere, vnde originem hæc Iura Feudorum habuerunt, & proinde, quæ fuerit huius libri causa efficiens, pariterque & de cæteris eius causis, formali scilicet, materiali, & finali: quóve nomine liber ipse nuncupetur, & qualem habeat authoritatem. ¶ Secundo loco de ipsius feudi quidditate, & quomodo diffiniatur, seu describatur: item & vnde nomen traxerit, & pariter alia vocabula, quæ in hac materia inveniuntur, item & quo iure introductus sit iste contractus, & quomodo à cæteris differat, itẽ & qualis sit, & quę actio oriatur. ¶ Tertio loco de distinctione, seu diuisione feudorũ, seu quot sunt eius species. ¶ Ad primum igitur redeamus.

DE ORIGINE ET CAVSIS libri Feudorum, Rubrica.

Quæ tractare solent Commentatores in principio cuiuslibet libri & quæ hic Author in initio explicabit.

SOLENT Cõmentatores in principio cuiuslibet operis tractare de causis illius operis, scilicet de causa efficiẽte, de causa materiali, de causa formali, & de causa finali: itẽ & cui parti Philosophiæ tractatus ille supponatur. Et de præmissis quęrendũ docet Philosophus in j. Physicorũ: propterea etiã Feudistæ nostri, maxime Andr. de Isern. & Alua. in præludijs circa princ. de his tractarunt. Ego quoque, qui nihil intactum relicturus sum, quod ad materiam feudalem pertineat, nihilque extraneũ ab ipsa materia sum permixturus, circa istas causas prosequar illud, quod ad rẽ pertinebit, declarando

Primò, de causis ipsius compilationis: Secundò, de nomine ipsius: Tertiò de authoritate eiusdem.

I.

De CAVSIS *libri feudorum, & primò Quotuplices sint causæ efficientes huius libri, & quæ.*

PRIMO' Igitur videndũ est de causis huius libri, & ante omnia de causa efficiente, circa quam potest considerari causa immediata, & causa mediata: loquendo tamen de causis secundarijs & specificis, nõ de causis primarijs & vniuersalibus, quæ concurrunt cum alijs:

nam

nam secundũ illas dicemus, quòd Deus fuit causa efficiens, cuius spiraculo omnes leges, & cætera, quæ ad reipublicæ rectam gubernationẽ pertinẽt, sunt promulgata, vt dicit textus in §. quia igitur. in authẽ. de instr. cau. & fid. colla. vj. & hoc modo intelligitur glo. in rubrica in authen. de hæred. & Fal. quam hîc allegat Iac. Alu. in præl. in iij. col. Attentis ergo inferioribus causis, adhuc potest considerari duplex causa efficiens, secundum quod reperiuntur in hoc volumine duo genera constitutionũ. Quędam enim sunt hîc leges Cõradi, Lotharij, Frederici primi, & Frederici secũdi, & aliorum Imperatorum, quos hîc enumerat Aluar. in prologo, & Ioan. Ray. in rubri. de prohib. feud. alien. per Fred. in v. quæst. in quibus causa efficiẽs alijs non attribuitur, licet verisimiliter sint factæ per aliquos peritos & consulares viros, tamen attribuuntur ipsis principibus, quorũ iussu & nomine sunt compilatæ, provt dicitur in §. cumque hoc Deo ꝓpitio. Instit. de iure naturali, gen. & Ciuil. & in l. j. C. de nouo C. compo. Aliæ autem sunt decisiones compositæ per quosdam peritos viros, quos idem Alua. enumerat, vbi suprà: & aliquę consuetudines, tã Italici, quàm Germanici

Deus quòd dici possit causa efficiens huius libri, et quo modo.

Imperatores quòd fuerint causa efficiens libri Feudorum.

regni, & aliorum populorum, in scriptis redactæ: quas omnes cum legibus prædictis Obertus de Orto, vir peritus, & huiusmodi causarum expertus, maximè in ciuitate & curia Mediolanensi, in qua versatus plurimùm fuerat, vnde se ciuem appellabat, vt patet in ca.j. de feud.cognit. & in c.j. in princip. quæ fuer. prima causa benefic. amit. in vnum volumen reduxit: quibus omnibus, seu cui compilationi Imperialis authoritas subinde accessit, vt dicetur j. eo tit. §. iij.

Obertus de Orto, ciuē Mediolanē sem quare se appellarit.

Et ille Imperator, qui huic compilationi dicitur authoritatem præbuisse, potest dici etiam causa efficiens, ratione authoritatis: quia ea omnia nostra facimus, quibus authoritaté impertimur, vt dicit text. in §. omnia enim. in l.j. C. de vete. iur. enucl. & dicitur satis ipse facere, qui id, quod viribus non subsistebat, confirmat: ex qua confirmatione vires accipit confirmatum, vt concludunt Doct. in l.more. ff. de iurisdict. omn. Iudi. cum concordan. ibi traditis per Modernos.

Facere q̃ dicatur etiam is, qui confirmat.

Commētatores libri feudorum qui recensuerint, indicatur, & aliquot nominantur.

Qui autem fuerint Commentatores huius compilationis, enumerat idem

Alua.

Aluar.in ſuo prologo,incipiendo à gloſſatoribus, deinde enumerando Summiſtas, poſtea cæteros Commentatores, qui fuerunt vſque ad tempora ſua: poſt quem ad noſtram notitiam deuenerunt, reuerendiſsimus d. Ioan.Iacobus de S.Georgio,Card.Alexandrinus, vir noſtra ætate rectiſsimus & peritiſsimus: & alij duo, de quibus in prologo huius Operis feci mentionem. Quorum omnium tametſi ſcripta non habeamus, excellentiores tamen habemus,qui cæteros retulerunt, maximè Andre. de Iſern. qui fuit maximus Doctor, vt teſtatur Angel. in conſil. cx.in penul.col.circa princip. Habemus etiam vtile commentum Ioan. Raynal. ſuper c.Imperialem.de prohib. feud.alien.per Freder.quod appellatur Comprehenſoriũ feudorũ. Item antiquus Doctor vltramont. do. Petrus Iacob. in ſuis libellis circa libellum,ſuper condi. ex l.non ſcripta.multa bona dixit.

Andreas de Iſer. maximus Doctor

Comprehẽſoriũ feudorum Ioann. Raynaldi.

Cauſa materialis Feudorum quot modis conſiderari poßit,& quibus.

Proximum eſt, vt ſecundò videamus de cauſa materiali,quæ poteſt conſiderari * multipliciter. Vno modo, reſpectu ipſius compilationis: & tunc cauſa

* dupliciter,fortè meliùs.

materialis,sunt leges,cōstitutiones,decisiones, & consuetudines, de quibus prædixi, ex quibus hic liber constat.

Alio modo respectu ipsarum legū,decisionum, & consuetudinum in compilationem redactarum: & tūc eadem est materia respectu causarum feudalium, quæ est aliarum legum respectu controuersiarum in genere, de qua tradit Azo in princip.suę Summæ super C.Et tangit hîc aliquid Aluar.in prælud.feud.in iij.col. Sed quia parum attinet ad intentum nostrū,non prosequor vlteriús.

Causa formalis huius libri est, distinctio ipsius in alios libros partiales illorumq; in titulos, capitula,leges et §§.

Causa verò formalis huius libri,est distinctio,seu diuisio ipsius per tres libros partiales:quorum Primus durat vsque ad tit.de feud. cognit.Secundus ab illo titulo vsque ad tit.in qui.cau.feu. amit. Tertius ab illo titulo,in quib.cau.feud. amit. vsq; ad finem totius de feudis Operis:secundum Andr. de Iser. Nico. de Neap. & Aluar. hîc in præl. circa princ.

Et illi tres libri subdiuidūtur per titulos,capitula,leges & §§.provt alia iura, & provt,dicūt Doct.in alijs libris iuris.

Forma libri feudalis differt à forma aliorum librorum iuris & in quo.

Hæc

Hæc tamen forma longè differt à forma aliorũ librorum Iuris, tam Ciuilis, quàm Canonici: nã rubricæ huius libri diuersimodè habentur, & nonnullæ incõgruo ordine positę, aliquæ etiam pluries repetitæ sunt, & nonnunquam nigrum non concordat cum rubro, secundum Odo. in princip. suæ Summæ. Et refert hæc Iason in pręludijs in §. quę sit causa materialis. circa princ. Dicit etiam do. Card. Alex. in c. j. §. cùm autem. circa princ. ij. col. de controuer. inuesti. quòd textus istius compilationis longè absunt ab elegantia Iurisconsultorum, & vocabula & cõclusiones ponuntur satis implicitè, & materno potiùs, quàm Latino sermoni proximè accedunt: & ista patent ad sensum.

Antonius de Prato ueteri Doct. Bononiensis, reformauit librum feudorum.

Propterea refert d. Iason, vbi s̃. quòd pręstantissimus Iurisconsultus d. Anto. de Prato veteri Doct. Bononiẽsis, reformauit hanc compilationẽ, nullo addito ad illã compilationẽ, quam habemus, sed ordine variato, & scriptura multipliciter castigata & redacta ad breuissimũ compendium, quod diuidit in octo partes principales, & facit xxvij. Rubricas.

Quòd opus destinauit serenissimo Imperatori Frederico nuperrimè vita functo, qui illud approbauit, & legi publicè mandauit.

Bartholomæus Baraterius Placentinus aliter reformauit librum feudorũ, & ad breuissimũ opusculũ redegit.

Item & clarissimus Doct. dñs Bartholomæus Baraterius Placentinus, aliter etiam hunc librum feudorum reformauit, & ad breuissimum opusculum redegit, quod obtulit illustrissimo & fęlicis recordationis principi d. Philippo Mariæ, Mediolanensium tunc duci. Refert tamen ipse, quòd immutare hanc compilationẽ, quã habemus, esset confundere glossas vtriusq; iuris, & cõmenta plurimorũ pręstantissimorũ Iurecõsultorum, qui super hoc volumine scripserunt: quum omnes allegent secundum pręsentem compilationem, quam habemus.

Cõpilationis feudorum, qua hodie utimur, immutatio quid incommodi secum trahat.

Causa finalis libri Feudalis quis sit, cũm in genere, tũ in specie.

Causa autem finalis est illa eadem, quæ est in alijs voluminibus Iuris, in genere: in specie autem potest reduci specialiter ad hanc compilationem, vt faciliùs quæstiones feudales diffiniri possent, provt declarat hoc Alua. & ante

eum

eum Iohan.Blanc.in princ. Summę, in vltim.col.

Liber feudalis supponitur Ethicæ parti Philosophiæ. Consuetudines feudorum sunt introductæ secundum usum ab antiquis sapientibus institutum. Item, quòd eorum usus in se habeat sapientiam.

Cui autem parti Philosophię supponatur? si quęras, respondeo non esse dubium, quin supponatur Ethicę, prout alij libri Iuris ciuilis. Qđ hîc latiùs prosequitur Andr. de Iser. ad fin. v. col. referens dom. Host. in procemio Sũmę, versicul. cui parti. vbi de istis causis tractat.

Et cùm subijciatur Philosophiæ morali, bene sequitur illud, qđ notat Bald. in §. hoc quoque. in fin. qui feu. dar. po. & refert ibi Aluar. circa med. ij. col. vbi colligit ex illo text. quòd consuetudines feudorum sunt introductæ secundum vsum ab antiquis sapientibus institutum, & ideo subijcit, Sileant bestię, quæ dicunt, vsum feudorum in se sapiẽtiam non habere.

II.

De NOMINE *libri Feudorum, & primò De diuersis huius libri nominationibus.*

SECVNDO' videndum est de nomine huius libri, circa quod dicunt hîc Andr. de Isern. in vj. col. & Aluar. in iiij.

quòd diuersimodè nominatur. Aliquando enim appellatur LIBER FEVDORVM, & hoc per gloss. & Doct. iuris Canonici & Ciuilis, in diuersis locis.

Item aliquãdo appellatur CONSVETVDINES, seu VSVS FEVDORVM: & ita intitulatur hîc in rubric. Aliqui vocãt CONSTITVTIONES IMPERII, & ita appellatur in quadam ordinatione regis Caroli I. in regno Siciliæ, quæ incipit, Provisum est. Sed, vt dicit ipse And. de Iser. hoc posset dici de legibus Imperialib. quę sunt in hoc libro, vt prædictũ est: alia autem sunt consuetudines, secundum eum. Aliqui etiam appellant DECIMAM COLLATIONEM, quia iste liber fuit additus post nouem collationes Authenticorum. Et ita appellant & allegant Azo, & Odof. in authent. cassa. C. de sac. san. eccle.

In nomine huius libri statur consuetudini utentium.

In hoc autem libro debet stari cõsuetudini vtentium, secundum præfatos Doct. per l. j. in princ. ff. de fluminibus. & l. cùm delanionis. §. asinam. ff. de fun. instruct. Et prædicta etiam sequitur do. Card. Alexand. hîc in prælud.

Constitutiones feudales rediguntur non malè post IX. Coll. Cõstitutiones non insertæ in hoc uolumine nõ debẽt allegari in causis, et dicũtur extrauagãtes et apocryphæ.

Subij-

Subijcit etiam, quòd hoc fuit rectè factum, redigere iſtas cōſtitutiones poſt nonā Collat. & q̄ aliæ conſtitutiones, quæ non reperiuntur inſertæ in ipſo libro, tanquàm Extrauagantes, non ſunt in cauſis allegandæ, & allegat Marti. de Laud. in c. j. §. & quia. in tit. qui feud. da. po. in vlt. col. per gloſſ. in c. j. qui teſtes ſunt neceſſarij. Bald. etiam in c. j. in fi. de vaſal. decrep. ætat. appellat illas Extrauagantes apocryphas. Et idem Bald. in tit. de gra. ſucc. in feu. & eſt etiā de mente eiuſdem in d. c. j. in ver. decedēti. qui feud. dar. po. dum allegat gloſſ. in c. j. de prohib. feud. ali. per Lotha. Et prædicta refert præfatus do. Car. vbi ſuprá. Idem etiam ſequitur d. Franc. Cur. in conſil. xlix. in vj. col. circa princ.

Conſuetudines feudales in ſcriptis redactæ, nihilo minùs dicuntur Conſuetudines. Et, quare in ſcriptis redactæ ſint. Conſuetudines feudales in ſcriptis redactæ ſunt authoritate Imperiali. Quòd nunc ſint leges. Verba Rubricæ, Incipiunt Conſuetudines feudorū. quomodo ſint intelligenda.

Licet autem dictæ cōſuetudines ſint in ſcriptis redactæ, non ideo tamen minùs nominari debent Conſuetudines: quia illud non eſt factum ad immutandum earū naturam, ſed ad maiorē pro-

bationem, ficut dicitur in l. contractus.C.de fid.instrum.de contractu, qui redigitur in fcriptis, & fimiliter de testamento nuncupatiuo redacto in fcripturā. Idem dicitur in l.ij. C.de bo.poff. fec.tabul.& in l.ij.C.de testa. Ita dicit do.Car.vbi s̄.allegat glo.expreffam, & ibi Bart.Bald.& alios in l.de quibus. in glo.j.ff.de legi.& alia quædam, quæ non curo referre, quia nullius eft frugi in effectu:& ponit etiam Alua.in j.rubrica,licet Ioan.Rayn. in fuo compendio feu.fuper rubrica,in vlt.col. dicat,quòd fuerunt iftæ Confuetudines in fcriptis redactæ authoritate Imperiali,vt dicam in §.prox. Et ideo nunc funt leges. Et rubrica huius libri,quæ dicit,Incipiunt confuetudines feud.debet intelligi,fcilicet, quæ olim erant cōfuetudines:qđ fatis probabiliter dici poteft per text.§. conftat autem. Inftit.de iur.natura.gentium,& Ciuili.

III.

De AVTHORITATE *Libri feudorum &, primò, quòd*

Liber Feudalis allegari poßit ad decidendas caufas, & quibus rationibus id potißimùm confirmetur.

TERTIO quæritur, an ifte liber Feudorũ fit authorizabilis,&pofsit pro decifione caufarũ allegari? Circa quod multa

multa effundunt verba plerique Doct. maximè Iaco. de Bel. & And. de Isern. in prima quæstione, in vij. col. & multæ rationes adducuntur prò & contrà, quantũ ad alia talia, prȩter leges Imperatorũ, de quibus non dubitatur. Tamẽ ferè omnes tenent indistinctè, omnes Constitutiones, & totum ipsum librum esse authorizabilem, sicvti sunt alij, per multas rationes, quȩ hîc possunt videri per vos: sed maximè fundantur ex eo, quòd ipse liber feudorum, à tempore excedente memoriam hominum fuit publicè lectus in studijs, scientibus Imperatoribus, sicvt in simili de libro Decreti dicit Pan. in c. ij. de rescrip. & fuit pro authẽtico allegatus per gloss. & Doc. tam Iuris Ciuilis, quàm Canonici. Vnde succedat, quod vult Bartol. in l. j. in v. col. ff. si cert. pet. vt hîc latiùs per Ias. in j. col.

Liber Feudorũ quãto tempore lectus sit publicè in studijs.

Liber Decreti.

Pergit probare librum Feudorum esse authorizabilem, ex eo quòd Fredericus Iun. mandauerit Doct. Bononiensib. ut Constitutiones in unũ redigerent sub congruẽtes titulos, idq; postea multorum Doctorum testimonijs, communiq; opinione conuincit.

Item & quia Odof. Doct. excellens, in authen. cassa. C. de sac. sanct. eccl. attestatur, quòd Fredericus Iunior, quãdo in Italiam venit, mandauit Doc. Bono-

nienſibus, vt illas Conſtitutiones redigerent ſub congruentes titulos: quod

Hugolinus

& fecerunt, & do. Hugolinus illas ſic cōpilatas addidit poſt nouem Collationes Authenticorum, vt refert hîc Bal. in prælud. in iiij. col. & poſt eum alij, ſcilicet Aluar. in v. & do. Cardi. in iij. & do. Iaſ. in ij. Et iſtam opinionem tenēt hîc Iac. de Bel. O do. And. de Iſer. Alua. Mar. Laud. do. Car. Alexan. & do. Iaſon, qui omnes atteſtantur, hanc eſſe communē opi. Idem tenet Iacob. de Bel. in tit. qui feud. dare poſ. §. fin. in pen. & fin. col. vbi dicit, quòd omnes Doct. tam vltra, quàm citra montes, hoc tenent. Idem tenet Alber. in Repertor. iuris Canonici, in iiij. col. vbi dicit, quòd ita ſeruatur in practica. Et ipſe idem in l. de quibus. in iij. col. verſic. collectis not. ff. de legib. poſt Iaco. de Raue. Idem concludunt Io. An. Butr. Card. Imol. & Pano. in c. ij. de feud. Ioan Rey. in ſuo Cōpen. ſuper rubric. in vj. quæſtione, & quæ eſt vltima: vbi refert Bernhar. Capri. & Guil. de Cu. ita hîc tenētes, & latè hoc tāgit. Idem eſt etiam de mente Hoſtienſ. in c. j. in verſi. diſpoſitionem. de ſum. tri. vbi inter libros Authēticos iſtū enumerat.

Conſuetudines quæ ligent, quæ item non.

Et licet iſta ſit communis opinio,

à qua

à qua temerarium esset discedere, tamē idem Hosti.in Summa de immu.eccles. §. in quãtum. vers. si verò patrimoniũ. tenet, quòd istæ Consuetudines non ligant præter leges Imperiales, & sequitur d. Ant. de Prato veteri in proœ. huius libri in vij.col.nisi appareat aliter de approbatione Imperiali per aliquas leues rationes, vt hîc refert Iason. Idē etiã tenuit Oldra.consil.clix.in ij.dubio. Aret. in c.quia verò.in j. lectura, in ij.col. de iud. Et idē reperio tenuisse do. Petr. Iaco.de Aureliaco Doc.antiquum Montepessulanum in suo tractatu libellorũ, circa libellũ, super conditione ex moribus feudorum.sub rubrica, de causis ex quibus vasallus, quantũ est de Iure scripto, debet amittere feudum. Et licet ibi loquatur in regno Franciç, de quo infrà subijciam, tamen prima ratio sua est generalis, quia dicit Ober. de Orto, & Geraldum Cagapisti non habuisse authoritatem legis condendæ.

A communi opinione nõ esse temerè discedendũ.

Gerardus Cagapisti non habuit authoritatē legis condendæ.

A communi opinione non esse discedendum, quia etsi Doctorum rationes superiori tempore militarunt, quibus conati sunt infirmare leges feudales, tamen illæ authoritatem tãtam ab illo tempore citra approbationē sumpserũt, ut allegari poßint.

Tamen non est recedendum à cõmuni opinione: & præsertim, quia etiamsi

tẽpore Hosti. & dom. Petri Iacobi, qui fuit Doct. valde antiquus, militassent eorum rationes, tamen ab illo tempore citrà per approbationem tantam sumpsissent authoritatem.

Conclusionem ponit, in qua asserit librum Feudorum esse authorizabilem.

Stat ergo conclusio, quòd ipse liber generaliter pro lege est seruandus, tanquam essent leges Imperiales.

Constitutiones Feudorum quòd sint generales, non locales, & ligent omnes subditos imperio.

Et ex hoc sequitur, quòd istæ consuetudines, de quibus in hoc libro, sunt generales, non locales, & ligant omnes subditos Imperio, vt concludit Bal. in c.j. in prin. circa medium cõmẽti, in tit. de feud. cogni. & refert hoc Iason, licet contrarium tenuerit Oldra. in d. consi. clix. in ij. dubio, quem suprà retuli. Et ita etiam concludit hîc do. Card. Alex. circa fi. iij. col. post Marti. Carra.

Consuetudines Feudorum quòd etiam in foro conscientiæ sint seruandæ, & quæ nam.

Quinimo subijcit Bal. hîc, & sequitur præfatus d. Card. quòd etiam in foro conscientiæ sunt seruandæ, sicut alię leges; quod puto verum, secundũ distinctionem

ctionem Doct. maximè Feli. in c. j. de cõstit. Et intelligo de insertis in ipso libro, secùs de alijs capitulis Extraordinarijs, vt dixi suprà §. prox.

Constitutiones Feudorũ quòd ligent omnes, qui sunt sub imperio Romano, non autem eos qui imperium non recognoscunt.

Nunquid autem istæ constitutiones ligent omnes Reges, populos, & principes, tãgit hic diffusè And. de Iser. in proœm. in ij. q. principali, multa adducens, quæ sunt extra materiam nostram, sed pertinent ad illam quæstionem, an de iure omnes principes sint sub imperio Romano? Tamen conclusiuè istud est indubitatũ, quòd ligat omnes, qui sunt sub Imperio Romano, per prædicta. Et hoc etiam dicit Bal. in j. volum. consil. cxc. circa princip. ij. col. De alijs verò, qui Imperium non recognoscunt, sicut non ligantur, vel se ligari non prætẽdunt legibus Imperialibus, ita etiam non ligabuntur istis. Et ita post multa videtur residere Andre. de Iser. hic, & sequitur Iason in fi. iiij. col. Et ita etiam concludunt communiter Doc. in c. j. in princ. in tit. de pace iur. firm. quicquid dixerit ibi gloss.

Franci, Hispani, & qui non recognoscunt imperium

Romanum, quando ligentur Constitutionibus Feudalibus, uel non, & quatenus. Item, quæstio feudalis si in hisce dictis locis emergat, quomodo sit iudicanda.

Quinimo licet Franci, Hispani, & alij populi, qui non recognoscunt Imperatorem, acceptauerint iura Romanorum, tanquam rationabilia, & secũdum illa causas decidant, tamen istis legibus & Constitutionibus Feudorum, cùm non sint eo modo acceptatæ, non ligantur: & ideo si quæstio feudalis in regno Franciæ emergat, ea debet iudicari, aut secundum consuetudinem specialẽ regionis, vel consuetudinem generalẽ regni, aut secundum ius Canonicum, & Ciuile. Ita clarè per multa verba determinat d.Pet.Iac.in loco prꝫallegato. Quod puto verum, nisi etiam in illo regno post tempora ipsius Pet. Iac. fuerit acceptatus ille liber cum alijs, & publicè lectus, & allegatus: quia tunc credo, quòd esset seruandus in decisione causarum, vbi specialiter consuetudo non disponeret contrarium.

Constitutiones feudorum quòd seruentur etiam in foro Ecclesiastico, & inter personas Ecclesiasticas. Ecclesia quòd obstricta sit seruare, quod seruant alij uasalli, si ab alio, idq; uel à rustico, feudum teneat.

Sed insurgit & aliud dubiũ, nunquid

istæ

iſtę Conſtitutiones ſint ſeruandæ in foro Eccleſiaſtico, & inter perſonas Eccleſiaſticas? Et breuiter concludẽdum eſt, quòd ſic: per tex. in c. cæterùm. de iudi. quem ibi notant ad hoc Bal. & Card. & alij, præſertim Moderni. Et ponit hoc Marti. Laud. in j. col. in prælud. Idem etiã ſequitur do. Iaſon in princ. v. col. Allegat Alua. in c. j. in viij. col. in fi. qui fe. da. po. Idem etiam ſequitur Feli. in c. ij. in fin. xx. col. de reſcript. Ad quod adducit hîc Iaſon multas deciſiones, maximè Bal. in l. fin. circa fin. C. ſine cenſu, vel reliquis fund. qui vult, quòd, ſi Eccleſia tenet feuda ab alio, etiam ruſtico, tenetur ſeruare id, quod ſeruant alij vaſſalli: & adducit alias deciſiones, quæ in varijs tractatibus huius Operis adducẽtur, dum fiet extenſio ad eccleſias, maximè in tit. de foro compet.

Limitantur hîc proximè dicta, atq; oſtenditur, quatenus iſta in Eccleſia feudum ab alio tenente, locum habeant.

Feudalia iura duplicia quòd ſint, quædã de feudo diſponentia, quædam ad feudum non pertinentia: & quæ Eccleſia ſeruare teneatur.

Intelligo tamen prædicta, quantum ad ea, quæ reſpiciunt naturam feudi: quia ex quo Eccleſia accipit feudum, aſtringit ſe ad ſeruandum iura, quæ de feudis diſponũt, vt dicũt præfati Doct.

sed alias leges, quæ sunt insertæ in hoc libro, ad feudum non pertinentes, vt in tit. de pace tenend. & in tit. de pace iur. fir. non seruat Ecclesia, vt patet: quia in illis titulis sunt leges permittentes duellum, & imponentes pœnam mortis, quæ lex Canonica non reciperet. De primo habetur in c.j. & ij. de pur. vul. & in c.j. de cler. pugnant. in duel. & ponit latè Iason in l. ex hoc iure. in v. col. ff. de iusti. & iure. post Bal. ibi, & Barba. in j. vol. cōs. lxij. in iij. dubio, vbi quoq; allegāt alias cōcord. De secūdo habetur in c. fin ne cler. vel monach. cū similibus.

DE DIFFINITIONE, ET INventione Feudi, Rubrica.

Recenset, quæ in hoc titulo explicanda sint, & quo ordine.

POstquam visum est de authoritate iuris feudorum, intelligimusq;, nos non in incertum currere, nunc propiùs vidēdum est, quid illud sit, de quo disceptamus, & quale sit, atque vnde originem & nomen assumpsit, cæteraq; attingenda, quę ad illius cognitionem, denominationē, & distinctionem spectāt. ¶ Primò igitur videbimus, quid sit feudū. ¶ Secūdò, vnde dicatur feudū, &

quot

quot modis appelletur: similiter & vasallus vnde dicatur, & quot modis appelletur: & idē de dño. ¶ Tertiò, quo iure sit introductus contractus feudalis, & in quo differat ab alijs cōtractib. vel cōcessionibus de iure ciuili cognitis. ¶ Quartò, qualis contractus sit, qúæve actio ex illo oriatur, & quo modo differat ab alijs contractibus.

I.

De FEVDI diffinitione: in qua notandum, quòd primò diuersas diuersorum diffinitiones ponat, eas declarans, examinans, adductisq; rationibus aut reprehendens, aut approbans: post suam afferat, eamq; explicet, simul etiam quæstiones aliquot obiter introductas ponderans. Præmittit autem, quòd

Omnis à ratione suscepta institutio à diffinitione proficisci debeat: item, quomodo feudalis hic contractus diffinitione sit distinguendus.

PRIMO igitur, quia omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à diffinitione proficisci, secundũ Cicero. in j. Offic. idcirco sciendum est, qualiter diffinitur feudum: & vt diffinientes solent, distinguendus est iste contractus per genus & differentias ab alijs contractibus, singulaq; diffinitionis verba declaranda.

Ponit primo loco diffinitionem feudi, quam Obertus de Orto habet lib. ij. feud. titulo xxiij. à quo quidam libros feudorum tres enumerantes, tertij initium sumunt.

Circa quod ſciendum eſt, quòd primo loco diffinitum eſt per authorem in c.j. §.fi. in tit. in quib. cau. feu. amit. hoc modo: FEVDVM eſt beneficium, quod ex beneuolentia alicui datur, vt proprietate rei immobilis beneficiariæ penes dantem remanente, vſuſfructus illius rei in accipienté tranſeat, vt ad eum, hæredesq; ſuos maſculos & fœminas (ſi de his nominatim dictum fuerit) in perpetuum pertineat, ad hoc, vt ille & ſui hæredes fideliter domino ſeruiant: ſiue id ſeruitium, quale eſſe debeat, nominatim ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum.

Feudi quid ſit.

Præcedens diffinitio confirmatur authoritate eam approbantium, & legislatoris.

Hanc diffinitionem ſequitur Hoſti. in Sũma, de feud. §.j. Iac. Card. & Ioan. Blan. & communiter Summiſtæ hîc, Bal. hîc in prælud. in v. col. Aluar. in procem. in viij. col. in iiij. q. Marti. Lauden. in iij. col. d. Cardi. Alex. in v. col. & do. Iaſon in prælud. in iij. col. & ij. quæſtione, Cardi. Flor. & Imol. in c. ij. de feud. & iſtam omnes communiter ſe quuntur: vnde non inſiſtendo in ſupervacuis ſubtilitatibus illam ſequamur, poſtquam eſt à legislatore tradita.

Obertus de Orto legiſlator libri Feudorum.

Sequitur

Sequitur alia FEVDI *diffinitio, cuius simul addũtur approbatiuæ authoritates, & rationes.*

Dantur tamen & aliæ nonnullę diffinitiones. Vna est, quòd Feudum est cõcessio rei pro homagio facta. Hæc diffinitio probari videtur in c. ex diligenti. de simo. Hanc refert Io. Blan. vbi s. & Iac. de Bel. ac Guilh. de Cu. in princ. huius libri: quos etiam refert Io. Ray. super Rubrica præallegata sui Cõpendij in j. col. Bal. in prælu. in iij. col. Alua. in d. c. j. in vlt. col. in qui. caus. feu. amit. Alexan. in j. volu. consil. cxxxvj. in v. col. & Iason hîc, vbi suprá.

Rationes afferuntur, quibus proximè præcedens diffinitio impugnari potest, item & eius saluatio ostenditur.

Istam tamen diffinitionem reprehendunt Io. Ray. & Ias. duplici ratione: Prima, quia feudum potest esse sine fidelitate & homagio, c. nulla. in tit. per quos fi. inuestit. Sed ad hoc respondet Ias. quòd diffinitur hîc feudum secundum suam propriam naturam, vt infrà dicetur. Et est bona saluatio, quia cùm feudũ dicatur à fide, vt infrà eo. tit. ij. certè propriè feudum non est sine fidelitate. Vnde alia ratione reprehendunt: quia homagium tempore harum cõstitutio-

Feudum sine fidelitate an esse posit.

Feudum à fide.

num non erat cognitum,sed fuit postea moribus introductum, vt dicetur infrà in tit.de iuramento fideli. in vlt. parte: sed si loco homagij dictum erat pro fidelitate,substineri posset hęc diffinitio. ¶Tamen & alia ratione nō placet,quia dum dicit,Rei.est nimis generale, nec continet essentialia feudi,vt dicam statim in sequenti diffinitione. Item est indiscreta,quo ad res: nam non omnis res potest in feudum dari,vt dicetur infrà in tit. quæ res in feud.dari po. Itē si daretur proprietas pro fidelitate,non esset secundum naturam feudi, vt statim subijciam,declarando præcedentē diffinitionem.

Feudi diffinitio secundum Ioan.Ray.eiusq; reprehensio ex deficientia essentialitatis.

Alio modo etiā diffinit Io. Ray.q; est cōcessio rei facta cum traditione vtilis dñij,ad vtendū& fruendū, cū exhibitione honesti seruitij. ¶Istam etiā tāquam defectiuam reprehendit ipse, quia non continet essentialia feudi,quæ sunt, vt concessio sit gratuita pro fidelitate, vt statim subijciam.

Feudi descriptio ex traditione Odoffr.item eius reprehensio ab obscuro.

Aliam diffinitionem ponit Odo. in

Summa

Summa feu.in princ. quòd Feudum est quædam beneuola actio concessionis rei in feudum datæ, retenta proprietate, & concesso vsufructu pro capiente, ad hoc vt fideliter ei seruiat. ¶Hanc etiam reprehendit Ioan.Ray.rationibus prędictis, quia est obscura, nec declarat, cuius rei sit concessio, & an in perpetuum.

Sequitur alia Feudi diffinitio, deq; ea Iasonis testimonium.

Vnde ipse aliam dat diffinitionem, videlicet, Feudum est beneuola, libera, & perpetua concessio rei immobilis, vel solo cohærentis, aut inter immobilia computatę, ad vtendum, fruendum, cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta, sub fidelitate & exhibitione seruitij. Et hanc sequitur Iason, dicens, quòd præ cæteris multùm sibi placeat.

Hostiensis Feudi diffinitiones reijciuntur.

Alias duas ponit Host.in Summa, sed non curo referre, quia laborãt eisdem morbis, quibus præcedentes.

Præparat sese Author ad suprà traditas Feudi diffinitiones examinandas, & præmittit, quòd

Omnes diffinitiones prædictæ, aut superfluitatem,

aut defectum contineant, ne uideatur sine causa illas reijcere.

Ego autem considero, quòd cùm omnis diffinitio sit periculosa, vt not. in l. j. & in l. omnis bona diffinitio. ff. de reg. iur. debetque diffinitum per genus & differentias demonstrare discretum & alienum à quocunque alio subiecto, citra expressionem alicuius qualitatis non substantialis, vt notant Doct. in rubrica ff. soluto mat. in diffinitione dotis, & in l. j. post Bar. in princ. ff. de acqui. po. circa diffinitionem possessionis, omnes diffinitiones prędictæ vidētur aut superfluitatem, aut defectum cōtinere: nam diffinitio authorum, & illa etiam, quam posuit Io. Ray. vidētur defectibus laborare.

Diffinitio quid demonstrare debeat, et per quæ.

Expendet uerba diffinitionis, quam Obertus de Orto, legislator legum feudalium, dedit.

In primis enim dum in diffinitione authoris dicitur, Ex beneuolentia. non video, quòd ista sit differentia substantialis: dū modò enim sit res data gratis pro seruitio & fidelitate, etiāsi inter dātem & accipientem nulla sit beneuolētia, non eo minùs dicitur feudum. Pone enim, quòd pro bello sedando inter inimicos fiat iste contractus, & talis cōcesio,

cesſio, non eſt verum dicere, quòd fiat ex beneuolentia, licet in futurum neceſſe ſit beneuolentiã ſubſequi. Vnde cùm dictio, Ex. ſignificet cauſam immediatam, l. j. §. ex incẽdio. ff. de incẽdio, ruina, naufrag. & no. in l. non dubiũ. C. de legi. non puto hoc verbum diffinitioni conuenire. Item poteſt dari pro pecunia, vel annua mercede, vt infrà ſtatim dicetur. ¶ Item dum ſubijcitur, Vt proprietas rei immobilis, etc. non eſt perfecta, quia quædam etiam non immobilia poſſunt cõcedi, vt dicetur infrà hoc eo. §. verſi. poſt hæc in diffinitione. & in tit. quę res in feud. da. po. §. j. in princ. & inibi per totum. ¶ Item dum ſubijcitur, Vſusfructus illius rei, etc. non videtur congruus terminus, ex quo multùm differt iſtud ius feudi ab vſufructu, vt infrà ſubijciam. ¶ Item, dum ſubijcitur, Vt ad eum, hæredesque ſuos, etc. non conuertitur cum diffinito, quia feuda dignitatum de iure non tranſeunt ad ſucceſſores, vt dicetur infrà de ſuccesſ. feu. circa princ. ¶ Item ille terminus, Hęredes. non eſt bene pertinens, quia licet in materia iſta importet deſcendentes, tamẽ includit, quòd ſint hæredes, vt dicetur infrà in tit. de ſuccesſ. deſcendentium. ¶ Item ſubiũgitur, In perpetuum. quod

Ex, cauſam immediatã ſignificat.

tamen nō bene poni videtur, quia feudum potest dari ad certum tempus, vt dicetur infrà in tit. qualiter, & sub qua forma feudum constit. potest. ¶Item illa vltima verba posita in diffinitione, Siue id seruitium, quale esse debeat, etc. videntur superflua, quia ex alijs suprà scriptis, dum est dictū, quòd datur propter fidelitatem & seruitium, satis erat feudum diffinitum, ita quòd nulli alteri prædicabili poterat ista diffinitio cōuenire.

Obiectionem tacitam omnibus prædictis competentē ponit, eiq; respondet.

Et si dicatur ad omnes obiectiones prædictas, quòd diffinitur hîc feudum secundum suam propriam naturam, provt infrà dicetur: ¶Respōdeo, & dico, quòd imo quàm plura hîc ponūtur, quæ non sunt de propria & substantiali natura feudi, sed merè accidentalia: vt patebit ex infrà dicendis.

Confert se ad declarationem diffinitionis feudi ab Oberto positæ, in qua & alia multa per illationem introducta, explicat, quorum notitia haud parum momenti habet ad feudalem tractatum dextrè intelligendum.

Nihilo minùs, vt pręmissa meliùs intelligantur, & ne videamur reprehendere legislatorem, declaremus suam diffinitio-

nitionem,seu descriptionem per singu la verba,& intelligemus multa,quę pertinent ad cognitionem feudi.

Declaratio uocabuli, Beneficium. in diffinitione positi, cum explicatione aliquot quæstionum hinc exortarum. Beneficium quòd sit communis terminus ad omnem gratuitam concessionem: eius diffinitio quæ sit, generaliter sumpti. Item Feudum quòd appellctur in specie beneficiũ.

Primò igitur in diffinitione ponitur verbum, Beneficium. qui est terminus communis pertinens ad omnem gratuitam concessionem: & diffinitur in d. c. j. §. penult. in tit. in qui. cau. feu. amit. quòd Beneficium est beneuola actio, tribuens gaudium capienti, etc. & diffinitur ibi beneficium in genere, vt declarat Bar. in l. fi. ff. de constit. princ. & ibi Iason in vj. col. versi. extra. glo. allegans no. in c. olim. de verb. signific. per Alb. latè in Dictionario, in verbo, beneficium. per Pan. in c. fi. circa princ. de resti. in integ. per Bar. Ange. Imol. & Alex. in l. beneficio. ff. ad l. Falc. per copiosum Doc. d. Fel. San. in rubrica de re script. circa medium penult. col. Ponit etiam And. de Iser. in c. j. in iij. col. in fin. quis dicatur dux, mar. comes. & Alua. in proœ. in iiij. col. & in c. in princ. in iiij. col. quibus caus. feud. amit. & Iason in præludijs circa medium xj. col. *Beneficium quid sit.*

& Panor.in c.ad aures.de pœnis. Sed in specie feudum appellatur beneficiũ, vt dicetur infrà eo. tit. §.ij. & declarant Aluar.& do. Cardi. Alex. in prælud. in xix.diuisione.

Feudum an possit appellari gratia, uel potiùs beneficium, & quo utranque appellationẽ recipiat. Beneficium quòd accedat magis liberalitati, quàm gratiæ. Item, Gratiã facere quis dicatur. Feudum quòd magis participet de beneficio, seu de liberalitate, quàm de gratia.

Hinc tangit Bal.in prælud. in v.col. an feudum possit appellari gratia, & quanvis obscurè loquatur, tamen vult dicere, quòd beneficium magis accedit liberalitati, quàm gratiæ: quia gratiam dicitur facere etiam, qui ad id naturali ratione tenetur. Allegat not. in §.ad hęc.in tit.de pace iur. fir. vbi hoc ponderat Bal.in vj.col. & ibi d.Car.Alex.in §.si verò.circa princ.& ideo cùm habita relatione concessionis ad recompensationem seruitiorum, magis participat de beneficio, seu de liberalitate, quàm de gratia, accipiendo provt s̃. ideo magis propriè dicitur beneficium. Et hoc sequitur Alex.in l.si mihi & Titio.in iij. col.de verb.oblig.& refert dom. Fran. Curt. consilio xlix. in xxxv. col. in ix. fundamento, circa fin. & etiam in xxx. col.

col.ad fin.in vj.fundamento,& Bal.vbi suprá. Et simpliciter referunt, licet nõ declarẽt, Mar.Lau.in c.j. in ij. col. qui feu.da.po.& Iason in prælud.in x. col. vers.an autem feudum sit gratia.vbi sentiunt, quòd feudum etiam possit dici gratia: quod tolerari potest,quia gratia multipliciter sumitur, vt latè per Archi.in c.gratia.j. q.j.in quęst. an idẽ est, quod beneficium.

Concessio feudi an uitietur, si sit facta per surreptionem, uel obreptionem. Collatio beneficij Ecclesiastici facta per surreptionem, uel obreptionem, uitiatur ipse iure. Feudum quòd sit contractus, & qualis. Donatio quòd magis sit beneficium, quàm feudum. Feudum magis de gratia, quàm de beneficio participat,illiq; in totum attribuitur. Feudum quòd usqueadeo transeat in contractum, ut etiam princeps illo ligetur. Item Cald.dictum quomodo procedere possit, ostenditur.

Et ex hoc, quòd appellatur beneficium,infert hîc do.Car.in prælud. in v. col.quòd sicut collatio beneficij Ecclesiastici facta per surreptionem, vel obreptionem vitiatur ipso iure; vt not. per glos.& Doc.in c.ad audientiam secundo.de rescript. & in c.cùm olim. de re iudi.& in c.si motu proprio.de pręben. lib.vj.ita etiam feudum, allegat Cald. in rubri.de feu.consil.j. ¶Ego autem

non puto istud verum, quia licet possit dici gratia, seu beneficium, quia magis accedit liberalitati, tamen propriè est contractus, vt dicetur infrà, & tit. §.iiij. & ideo deueniendum est ad illam difficultatem, an sit cōtractus bonæ fidei, an stricti iuris, de qua ibi dicetur in ver. venio ergo ad tertium. vt adhibeatur distinctio, an dolus dederit causam contractui, vel inciderit in contractum: de qua in l. eleganter. in princ. ff. de dolo. Et patet in fortioribus terminis, scilicet, in donatione, quę adhuc propiùs dicitur beneficium, quia continet meram liberalitatem, vt probatur in c. cùm dilectus. de dona. & notat Bar. in l. j. ff. de donat. & tamē si interveniat subreptio, vel alius dolus, non vitiatur ipso iure: vt patet ex not. in l. siquis cùm aliter. ff. de verb. obl. Inuenio tamen, quòd clarissimus & copiosus Doc. do. Feli. in d. c. ad audientiam secūdo. in xv. col. ver. amplia secundò. de rescriptis. sequitur illud dictum, & allegat etiam do. Card. cons. xciiij. incipiente, Notabiles viri. ver. tertiò obiicitur. Et potest hoc tenēdo responderi ad argumentum, quia licet feudum sit cōtractus, tamen magis participat de gratia, seu de beneficio: & ideo illi in totū attribuitur, arg. l. quęritur.

ritur.ff.de stat.ho.Et volunt id Doc.primo loco allegati, & Bal. in c.j.§.fi. circa fi.de no.for.fidelit. & ibi Præpo. ad fin. penult.col.& Alex.in l.si mihi & Titio. in iij.col.de verbo. obl. quos refert do. Fran.Curt.consilio xlix. in iij.col.in vj. fundamento. ¶Tamen non potest negari, quin transeat in contractum, ita quòd etiam princeps illo ligetur, vt dicetur infrà in tit.de amiss.feud.§. j. ver. & ponit d.Fran.Cur.in consil.l.in xiij. col. Posset tamen dictum Calde. procedere in mero feudo, pro quo nihil datum est,& nullum præstatur seruitium reale:alioquin si data est pecunia,censebitur magis iure contractus, vt dicetur infrà eo.§.vers.tamen non placet.

Feudum quando dicatur priuilegium.

An autem feudum possit dici priuilegium, tangit Bal.in prælud.in fi.vj. col. & determinat, quòd quando conceditur contra ius & naturam feudorum à principe,putà fœminæ,vel in re non solita infeudari, tūc dicitur priuilegium: secùs,si conceditur secundum naturam feudorum.Et sequitur d. Mar. Laud.in c.j. in princ.in ij.col.qui feu.dar.pos.& do.Car.in prælud.circa med.v.col. & Iason ibid.ad fin.x.col.

In Feudis fit largiſsima interpretatio.

Ex hoc inferens, quòd in feudis latiſsima fit interpretatio, allegat Bar. in l.j.in vltim.col.in fi.antepenult.q.C.de iur.& fac. igno. & in l. fin. circa princ. C.ſi contra ius, vel vtilitat.pub.& in l.ſi quando.ad fin.princ.C.de inoffi.teſt.& iſta dicta ſequitur d. Fran. Curt. conſil. xlix.in fin.iij.col.

Aggreditur declarationem uerborum ſequentium in diffinitione,uidelicet,Quòd ex beneuolentia datur. ſimul explicans illationes ex ÿs emergentes. In Emphyteoſi licet concedatur utile dominium,non tamen datur ex beneuolentia,ſed pro Canone.

Secundò ſubijcitur in diffinitione, Quòd ex beneuolentia datur. ad differentiã omnium cõtractuũ oneroſorum, & maximè emphyteoſis, in qua licet concedatur vtile dominium, tamen nõ datur ex beneuolentia,ſed pro canone, §.adeo.Inſtit.loca.l.j. cum ibi not.C.de iur.emphy.vt hoc declarat dom.Cardi. Alex.in prælud.in v.col.

Sequitur prima ex hiſce uerbis illatio,in qua quæritur, Feudum ſi concedatur pro pecunia, an retineat naturam feudi. Feudum concedi debet ex amore & honore,non pro pecunia. Item,quòd gratis,& non pro pecunia.

Hinc inferri poteſt ad quæſtionem, an ſi pro feudo habendo detur pecunia,

retineat propriam naturam feudi? Nam ex præmissis videtur dicendum, quòd non: quia est contra diffinitionem feudi, & videtur probari in c.j. de feud. dato in vic. leg. com. vbi dicetur, quòd debet concedi ex amore & honore, non pro pecunia. Et ibi glos.j. vult, quòd de iure non possit fieri. Idem vult gl. in c.j. de benef. fra. quam ibi sequuntur Iac. de Bel. & Nic. de Neap. vt refert ibi Alu. circa med. ij. col. Et dicit Bald. in addit. Spec. in tit. de loca. in iij. col. quòd feudum datur gratis, non pro pecunia.

Communem conclusionem, quæ asserit, quòd indistinctè feudum per pecuniam acquiri posit, uarijs testimonijs confirmat.

Communis tamen conclusio est, quòd indistinctè feudum potest acquiri per pecuniam: quam conclusionem tenent Iac. Ard. Bald. And. de Iser. Aluaro. Mar. Laud. dom. Cardi. & communiter Scribentes in d.c.j. de natura feud. per illũ text. item per text. in c.j. §. fin. qui feud. da. pos. & ibi Bal. Mart. Laud. Alua. & do. Card. & per text. in c. j. in princ. de feud. guar. & ibi dom. Card. ante fin. j. col. & bonus text. in c. j. de inuesti. in mar. fac. quem ibi notant And. de Iser.

Aluar.Mar.Laud.& do.Cardi. & in c.j. quemadm.feud.ad fi.pertineat.nõ violando literam,provt ibi violat glo. & ibi etiam Alua.in ij.col. & do. Card. in ij.col.bonus text. etiam,& ibi And. de Iser.& Alua.in c.j.de nat. feu.& ibi glo. si.põderat,licet nõ decidat, & Text. in §.sed & res.& ibi põderat And. de Iser. in ij.col.& text.in c. Titius. in fin. si de feu.fue.cont.& text.in c.j.in fi.qui.mo. feud.amit.text.in §.fin.de duob.frat.de no.bene.inuest.& ibi dom.Card. circa med.vlt.col.text. in §. similiter si contẽtio.in verbo,emptorem.de capit. qui cur.vend.& ibi glo.tangit. Probatur etiam in c.ad nostram. de re. Eccles.non ali.& in c.ad nostram.de empt.& vend. Et istam opinionem sequitur Bal.in l.licet.C.de lib.causa.& Iason hîc in v.col. & tãquam communem sequitur dom. Franc.Curt.in consil.xlix.in v.col.Et q, posit feudũ acquiri pro pecunia,tenet etiam Alex.de Imol. in vers. lxxix. col. iiij.vers.& licet etiã vltra iuramentum. in j.volu.

Intellectus text.in d c. j.de feud. da. in uic.l. cõmiss. secũdum responsionem Baldi, And., & aliorum aliquot Doctor.

Et ad text.in d.c.j.de feud. dat. in vicem l.comm.respondet tripliciter Bal.

in

in d.c. j. de feud.fra.Primò, quòd de vrbanitate nō debet dominus accipere pecuniam,tamen si vult,potest. Secundò, quòd non potest vendere iusto pretio, sed modico pretio.Sic tertiò,quòd non debet facere: si tamen facit,valet.Tamē neutram istarū tenent Doc.sed volunt, quòd licitè capiat etiam iustum pretiū: vnde And.de Iser.in d.c.j.de natur. feu. Aluar.& do.Card.in d.c.j.de ben. fratr. Mar.Laud.& idem Card.in d.§.fi. ad fi. qui feud.da.pos.respondent, quòd ille text.in c.j.de feu.dat. in vic.l.cōmis. debet intelligi in casu,in quo loquitur, scilicet quādo esset appositum pactum legis commissoriæ in pignore,qđ est à iure reprobatū,l.j.C. de pact. pig. & l.cō. sed per simpliciter venditionem sic.

Feudum quanquam pro pecunia posit concedi, non dicitur tamē ,hoc modo concessum si sit,propriè strictéq; feudum,seu beneficium.

Licet autem feudum posit concedi per pecuniam,vt suprà,tamen non propriè,& strictè dicitur feudū, seu beneficium,secundum Bal.in l.si quam. C. de oper.lib.& seqtur do.Iason, vbi suprá.

Feudum emptum pecunia,an cadit sub diffinitione feudi? &,quomodo?

Sic ergo apparet,q tale feudū emptū nō cadit propriè sub diffinitione feu-

di: nisi dicamus, quòd licet accipiatur pecunia, tamen illa non est in consideratione, nec cẽsetur factum propter pecuniã, sed propter seruitium, vt in simili dixi suprà in hoc §. versi. hinc tãgit Bald. & vers. seq.

Reijcit proximè dicta de feudo empto, pro feudo habendo, ducto argumento primùm à Priuilegio, quod, si sit alicui concessum à principe per pecuniam, perdit naturam priuilegij, & efficitur contractus: deinde à Statuto, cuius & eadem ex Bart. sententia censetur conditio.

Tamen non placet istud per id, quod dixit Bal. in l. qui se patris. in viij. col. versic. & scias. C. vnde liber. vbi vult, quod si princeps cõcedendo priuilegium accipit pecuniam, perdit naturam priuilegij, & efficitur contractus. Et idem dicit de statuto Bar. in l. omnes populi. in ix. col. vers. & circa prædicta. de iusti. & iure. ad quæ dicta possem dare plurimas concordant. sed nolo me extendere vltra materiam feudorum.

Concludit quæstionem illatam ex uerbis diffinitionis proximè citatis, de feudo empto pecunia, an feudum dici posit. item, quomodo feudum haberi possit, ostendit.

Est ergo necesse dicere, vel quòd ista non sint propriè feuda, vel quòd in diffinitione feudi debet omitti illud verbum,

bum,ex beneuolentia. seu illud verbum,gratuita. quod vltimum non putarem absonum, quia revera istud non est de natura substantiali feudi,vt patet ex prædictis. Et si dicimus,quòd sit im propriè feudum,erit quæstio,an sortiatur in cæteris omnibus naturam feudi: quod patebit ex his, quæ statim dicentur.

Infertur nunc alia ex diffinitionis proximè præmissis uerbis quæstio:uidelicet, An, si pro feudo præstatur seruitium annuum pecuniarium,seu reale, dicatur propriè feudum? & primo loco contrà disputando, id negatur. Vasallus cessans triennio à solutione seruitij pecuniarij debiti domino,an cadat à iure suo? remissiue. Feudum conceditur pro seruitio personali & pro fidelitate, non pro seruitio pecuniario. In feudo si præstetur annua pensio, magis accedit emphyteosi,uel contractui innominato,quàm feudo. Ecclesiæ Lombardiæ non curant de feudalibus seruitijs personalibus,sed potiùs uolunt seruitium aliquod annuum.

Iuxta præmissa etiam tangunt Doc. aliam quæstionem,an si pro feudo concedatur seruitium annuum pecuniarium, seu reale, dicatur propriè feudũ? Quam quæstionem tangit Card. Alex. in prælud.in viij.col. & Iason in prælu. in v.col. & in xx. in fin .cum sequenti: vbi tangunt illam quæstionem, an si vasallus cessauerit triénio à solutione seruitij pecuniarij debiti domino, cadat à

iure suo? de qua reseruo dicendum infrà in tit. ex qui. cau. feud. amit. §. Sed quantum ad propositum nostrum attinet, quòd istud non sit propriè feudum, faciunt prædicta, quia feudum conceditur pro seruitio personali, & pro fidelitate, nõ ꝓ seruitio pecuniario, vt dicã infrà hoc §. Vnde si præstanda sit annua pẽsio, magis accedit emphyteosi, quàm feudo. Et istam partem tenet Bal. in l. liberti. in vlt. col. ver. item no. quòd si instrumentum. C. de oper. liber. vbi dicit, quòd si in instrumento dicitur, quòd Titius concessit mihi tale castrum in feudum pro tanta quantitate frumenti annuali, non erit propriè feudum, sed emphyteosis, vel cõtractus innominatus. Et idem etiam vult Cy. quem Bal. allegat in authen. ingressi. in vlt. col. versic. circa præmissa. C. de sac. san. Eccles. Idẽ vult Bal. in c. si cautio. in fi. de fid. instr. Facit etiam, quod dicit Bald. in c. fi. in j. col. de causa possess. & propriet. qui vult post Inno. quòd non probatur feudum, licet pro priuilegio cõcesso soluatur aliquid annuum. Et istas quotas allegat Iason in dict. prælud. in iiij. col. in fi. cum sequenti, vbi etiam allegat Bal. in pace Constan. in ver. libellariæ. qui dicit, q Ecclesiæ Lombardiæ nõ curant de istis serui-

ſeruitijs perſonalibus, ſed potiùs volũt aliquod ſeruitium annuum: tamen ſecundum eum non eſt propriè feudum, & ideo ſecundum eum ſuccederet in tali feudo aliàs inhabilis: de quo infrà de ſucceſs. feud. Et quòd non ſit propriè feudum, tenet Alexan. de Imol. in conſil. x. col. j. verſ. decimò probatur. in v. volu.

Affert nunc argumenta, quibus demonſtrat, quòd feudum in quo præſtatur ſeruitium annuum pecuniarium, ſeu reale, debeat haberi pro feudo. Feudum tale, etſi feudum dicatur, nõ tamen habet propriam & merã feudi naturã. Si datur annua penſio, quæ uidetur correſpondere fructibus, dicetur potiùs emphyteoſis, uel contractus innominatus, quàm feudum: ſi uerò non correſpondet fructibus, ita quòd uidetur principaliter conceſſum propter fidelitatem, tunc reſpectu eius quod agitur, dicetur feudum. Si caſtrum dat ciuitati brauium, uel banderias, certo die, ſignificatur ſubiectio & honor quidam. In Emphyteoſi modicus canõ datur in recognitionem directi dominij, & tamen non eſt contractus gratuitus, nec beneficium. In contractibus nominatis ſi uendo tibi ſpeciem pro certa quantitate, & pro alia ſpecie inſpicitur: præualente quantitate erit uenditio, ſpecie autem præualente erit permutatio. Pactũ appoſitũ iuxta contractum nominatum, cuius relatione facta ad contractum reſultat contractus innominatus, an remanebit cõtractus nominatus, uel innominatus? In dubio ſi dictum eſt, In feudum, erit feudum: alioquin erit contractus innominatus.

Sed in contrarium faciunt ea, quę dixi in quæſtione proximè præcedẽti, ex

idẽtitate rationis. Et quòd hoc dicatur feudum, tenet etiam ipſe Alex. in j. vol. conſil. lxxix. in v. col. & v. dubio: vbi tamen dicit, quòd non habet tunc propriam & meram naturam feudi. Mar. verò de Laud. in c. j. in princ. in iij. col. quẽ refert Iaſon in xx. col. videtur diſtinguere, an detur tanta penſio, quæ videatur correſpondere fructibus rei feudalis, & tunc dicetur potiùs emphyteoſis, vel cõtractus innominatus, quàm feudum: aut verò non correſpondet fructibus, ita q videtur principaliter conceſſum ꝓpter fidelitatem, putà ſi ſoluitur libra piperis, vel enſis, vel accipiter: & tũc reſpiciendo, qđ principaliter agitur, dicetur feudũ. Adducit, quod no. vult But. in c. in literis. de reſti. ſpol. vbi vult, q ſi aliqua caſtra dent ciuitati annuatim aliquod brauium, vel banderias, certo die, ſignificatur ſubiectio & quidam honor.

Et licet Iaſon iſtam doctrinam videatur mordere, vbi ſuprà, propter id, quod dicimus in emphyteoſi, in qua modicus canon datur in recognitionem directi dominij, vt declarat Bar. in l. item ſi verberatum. §. ſi quis rem. in ſecundo no. per illum text. ff. de rei vend. & nihilo minùs non eſt cõtractus gratuitus, nec beneficium, vt ſuprà dixi: ¶ Tamen

ipſe

ipſe Iaſon in concluſione videtur hanc doctrinam ſequi, & etiam dom. Cardi. vbi ſuprá. Et adducit Iaſon duo bona ſimilia: Vnum eſt, quia ſic videmus in contractibus nominatis: ſi enim vendo tibi ſpeciem pro certa quantitate, & pro alia ſpecie inſpicitur, quid prævaleat, an quantitas, & erit venditio: an ſpecies, & tunc erit permutatio, per no. per Bal. in l. Ariſto. ff. de donat. cum concord. Adducit etiam, quod dicitur de pacto appoſito iuxta contractum nominatum, cuius relatione facta ad contractum, reſultat contractus innominatus: & quæritur, an remanebit contractus nominatus, vel innominatus? nam diſtinguitur, provt ſuprà, quid fuit principale. vt probat text. ſingularis in l. cùm te. & ibi Bar. Bal. & Ange. C. de pac. inter emptor. & vend. glo. Bar. & Alex. in l. fi. ff. de condict. ob cauſam. cũ alijs concord. adductis per Alex. & Moder. poſt Salic. in l. in bonæ fidei. C. de pac. In dubio autem, ſi hoc nõ apparet, dicit Iaſon, quòd ſi dictum eſt, in feudũ, erit feudum: alioquin erit cõtractus innominatus. *Simile.* *Aliud ſimile.*

Refellit iterum rationes proximas, quas attulit ad euincendum, quòd feudum, pro quo præſtatur ſeruitium an-

nuum pecuniarium, sit feudum. Feudum si magis partici pat de emphyteosi, & pacta tendant ad emphyteosim, magis debet attendi natura, quàm denominatio partium.

Sed aduertendum est ad hoc, quia ista doctrina non videtur bona: nam licet dicatur, quòd cõceditur in feudum, tamen si magis participat de emphyteosi, & pacta tendãt ad emphyteosim, magis debet attendi natura, quàm denominatio partium, vt probatur in l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mort. Ponit Bart. in quæstione incipiente, publicanus. & in l. cotẽ ferro. §. qui maximos. in ij. & iij. q. ff. de public. & Roma. multa allegans consil. D IX. in j. & ij. col. & Alex. in j. vol. consil. xxx. in iij. col. & in iij. vol. consil. cx. aliàs cxviij. incipiente, Perspectis verbis instrumẽti. ¶ Itẽ istud vltimum membrum est expressè cõtra doctrinam Bal. in l. liberti. in vlt. col. de oper. liber. quẽ suprà retuli, qui loquitur, quando facta est mẽtio feudi, nec distinguit, an pensio sit modica, an magna.

In feudali contractu, ut & in alijs, quædam sunt de substantia contractus, & sic substantialia: quædam naturalia, quædam accidentalia. Pactum quòd aliquando apponatur contra substantialia contractus: & id si fiat, ad

ad quæ tunc sit recurrendum.

Vnde postremò ego considero, quòd in hoc contractu, sicut in alijs, quædam sunt de substantia contractus, & sic substantialia: quædam naturalia, & quædã accidentalia, vt latè declarant glo. & Doct. in l. pacta conuenta. ff. de cõtrah. empt. Itẽ considero, quòd aliquando pactum apponitur contra substantialia contractus, & tunc est recurrendum ad doctrinam Bart. & aliorum, in l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mort. & in l. si quis antè. ff. de acquir. poss. & in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obl. vbi aliquando tetigi.

Pactum appositum contra substantiam contractus, uitiat contractum.

Et ponẽdo conclusiones, dico, quòd quando pactum apponitur contra substantiam contractus, tunc tale pactum vitiat illum contractum, ita quòd non potest retinere nomen illius cõtractus, d. l. vbi ita donatur. & d. l. si quis antè. cum similibus.

Si uigore pacti appositi contra substantiam contractus uitietur, an talis contractus transeat in illud pactum?

Nunquid autem transeat in alium contractum, in quem potest incidere illud pactum, distinguitur, quòd aut

constat expressè, quòd partes noluerũt facere alium contractum, quàm illum, quem expresserũt, & vitiatur in totum, vt concludunt omnes in d.l. j. §. si quis ita. de verb. obl. & in d.l. si quis antè. aut istud non apparet, & tunc aut concurrunt nomen & aliqua de substãtialibus vnius contractus simul, & præsumuntur partes voluisse illum contractum facere, & non alium. Ita eleganter Areti. in d.l. si quis antè. qui ita intelligit l. si quis conduxerit. ff. locat. & bene facit l. nõ codicillum. cum ibi not. C. de testa.

Si conceditur res in feudum pro annua pensione, & pro fidelitate, an erit contractus feudalis? **Fidelitas est** *forma ipsius contractus feudalis.*

Et ideo si concedatur res in feudum pro annua pensione, & pro fidelitate, vi detur, quòd ex quo hîc est expressum nomen feudi, & fidelitas, quę est forma ipsius cõtractus feudalis, si pręstatio pẽsionis sit contra naturam feudi, non debeat conuerti in alium contractum innominatum: & sic non procedat doctrina Bal. in l. liberti. C. de oper. lib. quem suprà retuli, nisi dicamus, quòd præstatio pensionis non est contra substantiam contractus feudi, sed solùm contra

tra naturam.

Omnes contractus nominati cadunt sub genere contractuum innominatorum. Nihil tam naturale est, quàm seruare id, quod conuentum est. Obligatio naturalis oritur ex quocunq; pacto nudo.

Tamen illa doctrina Aret. mihi non placet, licet illã simpliciter sum sequutus ibi, & magis placet doctrina, quam posui in d.l.j.§.si quis ita. vbi feci conclusionem, quòd quando id, quod agitur, non potest valere eo modo, quo agitur, tunc differt ab eo, quod agi potest, tanquam genus & species: si enim potest valere, vt species, valebit vt genus: vnde cùm omnes contractus nominati cadant sub genere cõtractuum innominatorum, vt declarant Doct. in l. ex placito. C. de rerum permuta. & d.l. iurisgentium. in princ. ff. de pact. si partes dicunt se facere venditionem, & ibi nullum sit pretium, sed species pro specie, erit permutatio, §. item pretium. Insti. de empt. & vendit. Et istud in vno casu declarat Bar. in l. an invtilis. in fi. ff. de accepti. Et generaliter est de mente Rapha. Cuma. ibi, & eiusdem Raph. & Paul. de Cast. in d. §. si quis ita. & Ful. in d.l. nõ codicillum. C. de testa. quicquid dixerit Bar. in d. §. si quis ita. qui in his,

No. ad id, quod dicitur, si non ualet, quod ago, ut ago, an ualeat, ut ualere potest.

quæ tendunt ad obligandum, vult actum in totum vitiari, per l.j.§.eum qui. ff.de constit.pec.cuius doctrinam non sum sequutus, quia eadem ratio militat, quando agitur de obligando, sicut si deliberando: nam nihil est tam naturale, quàm seruare id, quod conuentum est, l.j.in princ.ff. de pact.& §. venditæ. Institut.de rerum diuisi. Item & licet forma specialis contractus non sit seruata, tamen ex quo adest forma generalis, non videtur posse impediri, quin oriatur obligatio naturalis, quæ oritur ex quocunque pacto nudo, per legem, iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff.de pactis.cum ibi no. & l. ex hoc iure.cum materia ff. de iusti.& iur. Et tenendo opi.Barto. præsupposito, quòd de substantia feudi esset, quòd merces non præstaretur, si sit promissa, contractus esset nullus: quod omnes negant.

De mente contrahentium quando dicetur constare. Contractus tunc demum dicitur fieri in scriptis, quando actum est, ut aliter non ualeat.

Sic ergo solùm dicetur constare de mente contrahétium, quòd noluerunt facere alium contractum, quàm illum, quem expresserunt, quando hoc expressè dixerunt, quod nolebant alium contractum

ctum facere, sicut in simili dicũt Bar. & Doc. in l. contractus. C. de fide instrum. cum multis concord. signa. per Are. consil. clx. in ij. dubio, vbi dicunt, quòd tũc demum dicitur fieri contractus in scriptis, quando actum est, vt aliter non valeat. Vnde omissis alijs membris distinctionis, quam feci in d. §. si quis ita. quæ ad nostram materiam non pertinent, concludo, quòd indistinctè si sit appositum pactum contra substantialia feudi, licet sit dictum, quòd esset feudum, valebit vt contractus innominatus. ¶ Tamen in hoc erit maxima vis, quia sortitur naturam contractus innominati, & non naturam feudi, & ideo erit locus pœnitentię: item quo ad successionem, & alienationem, & multa alia, quæ specialiter seruantur in feudis, de quibus omnibus suo loco dicetur, non censebitur iure feudi.

Præstatio mercedis annuæ apposita in contractu feudali, an sit contra substantiam & formam contractus feudi.

Solum ergo restat intelligere, an pręstatio mercedis annuæ sit contra substantiam & formam contractus feudi: quo casu non censebitur iure feudi: an verò sit solùm contra naturã, & tũc cen-

ſebitur feudum alteratum, & in cæteris præter illud, quod eſt alteratum, retinebit naturam feudi, vt probatur in c. j. in tit. de feud. non hab. propriam naturam feudi. & dicetur infrà in tit. qualiter feudum conſtituatur. Et iſtud eſt etiam, quod volunt Bar. & Doc. in locis præallegatis, maximè in d. l. vbi ita donatur. & ff. de donat. cau. mor. & in l. cũ precario. ff. de precar. & in l. ſi quis antè. ff. de acqui. poſſeſ. & in d. l. j. §. ſi quis ita. de verb. obl. ¶ Circa quod ſubtilis Doc. dom. Barthold. Sonci. vir noſtra ætate inter iurecõſultos celeberrimus, in l. gallus. §. etiamſi parente. ff. de liber. & poſth. in ij. col. dat doctrinam ſatis obſcurã, ſcilicet an ſi apponatur in con tractu feudi pactum cõtra naturam feu di, remaneat in cęteris firmus cõtractus feudi: quam referam in loco ſuprà proxi. allegato. Tamen, quantum ad propoſitum, dicit, quòd in terminis, in qui bus loquitur Bal. in Extrau. de pace Cõſtan. in ver. libellatur. & in l. liberti. C. de oper. lib. quem ſuprà retuli, ſcilicet quando feudum eſt conceſſum pro annua mercede, tunc potiùs iudicabimus de eo, provt de libello, quàm de feudo, attendendo potiùs ſubſtantiam contractus, quàm nomẽ, per ea, quę dixi ſuprà allegan-

allegando Barto.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publi. ¶ Sed, vt dixi suprà, istud posset procedere, nisi esset expressè actum de fidelitate pręstanda, vel illa fuisset præstita: quia tũc videtur magis participare de feudo, quàm de emphyteosi, vel libello, vt dixi in pręcedẽtibus. Et ideo cùm tunc non conueniat formæ specificæ alicuius contractus, remanebit contractus innominatus, tenẽdo quòd pensio ista sit contra substantiam feudi. ¶ Ego tamen ex his, quæ dixi in præcedenti quæstione, magis crederem, quòd licet sit cõtra naturam feudi, non tamen sit contra substãtiam, & sic de substantia feudi erit concessio vtilis dominij in re immobili, vel ęquipollenti: & vsquequaque concordat cum emphyteusi, item & cum fidelitate, & ista est forma substantialis, per quam distat ab emphyteusi, & alijs cõtractibus. ¶ Et ista sunt de mente do. Card. Alex. in xiij. col. in iiij. diuisione in prælud. vbi cõcludit, quòd sola fidelitas & recognitio dominij est de substãtia contractus feudalis: de quo tamen vltimo dicetur infrà statim. ¶ Et hæc inducentur in discursu huius tractatus, præsertim in materia successionis, alienationis & amisṡionis feudi, ad plures

quæstiones, sed pro declaratione diffinitionis ista pro nunc sufficiant.

Pergit declarare uerba diffinitionis. Dominium directum apud concedentem remanere, est de essentia & forma substantiali feudi.

Subsequenter in diffinitione addicitur, vt proprietas rei, etc. per quod infertur, quòd de essentia & forma substãtiali feudi est, quòd dominium directũ apud concedentem remaneat.

Quæstionem ex præmissis uerbis diffinitionis hanc infert, Si in commissione feudi est pactum, quòd in uasallũ transeat omnis proprietas, an remanebit feudum? affert rationes contrà & prò.

Hinc inferunt Doct. ad quæstionem, an valeat pactum, quòd in vasallũ transeat omnis proprietas, & an remanebit tunc feudum? Quam quæstionem tangit Bal. in prælud. in princ. vij. col. & determinat, quòd tunc non erit propriè feudum, sed contractus innominatus. Cuius dicta refert hîc do. Car. in vj. col. & deinde in xiij. in iiij. diuisione feudorum, & Iason hîc in prælud. in v. col. cũ seq. Et adducunt contra præmissam determinationem Baldi, authoritatem Ioã. And. in addit. Spec. in rub. de feud. qui vult, quòd licet dominus liberet vasallum ab omni seruitio, remanebit tamen

tamen feudum. Et idem vult Bal. in l.j. in iiij. col. xvj. quæstione, ff. de rerum diuis. Tamen aliud videtur in seruitio, aliud in vtili dominio.

Exemplum præcedentis quæstionis adducit, ad eam meliùs explicandam: uidelicet, Carolus II. rex Siciliæ in concessione qua filio suo principi Tarentio concessit principatum Achaiæ, sub forma hîc posita, an feudum constituisse, uel alienationem fecisse sit censendus? In dubio debet attendi, de quo magis participat contractus, & secundum illum censeri.

Adducitur etiam quęstio ardua, quam tetigit primo loco Oldrad. consil. clix. incipiente, Ex pręsenti themate. vbi refert serenissimum Carolum secundum, regem Siciliæ, concessisse filio suo principi Tarentio principatum Achaię, sub hac forma, Donamus, damus, & tradimus ex causa donationis proprij motus, & inuestimus, quicquid habemus in principatu Achaiæ, ratione feudi aperti, vel alia ratione transferendo directam & vtilem actionem, ita quòd pro eo nullũ alium recognoscat superiorem, nisi nos: vnde dubitatum fuit, an istud censeretur simplex donatio, an verò feudum? Et tandem concludit, quòd nõ sit feudum, & inter cætera mouetur prædicta ratione, quia trãslatum est omne ius. Quã quęstioné reassumũt

hîc in prælud. latiùs do. Iaſon in v. col. & adducit multa argumenta, prò & cõtrá. In primis, quòd ſit feudum, adducit: Nam in dubio debet attendi, de quo magis participat iſte contractus, & ſecundum illum cenſeri, ſicut dicetur in donatione cauſa mortis, l. Seia. ff. de dote præle. & plenè not. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. Hîc autem eſt verbum, Inveſtimus. item, retentio ſeruitij feudalis. item in eo, quòd non vult alium recognoſci ſuperiorem, & ſic retinet ſuperiorem. In contrarium adducentur inter cætera illa verba, Quicquid habemus, etc. transferendo directam & vtilem actionem, quod eſt cõtra naturam feudi per prędicta, & accedit potiùs cõtractui cenſuali, vt notat Imol. in c. ad audientiam. in ij. col. de re. Eccl. non alie. ex quo videtur, quòd ſit contractus mixtus p prædicta, aut ſaltem donatio propter verbum, Donamus. Et hoc vltimum tenet Oldra. vbi ſuprà, & poſſunt adduci ea, quæ ponit And. de Iſer. in c. j. §. fin. in fi. in addi. §. in qui. cau. feud. amit. vbi tangit, quid ſi ſimpliciter concedatur, vel donetur res pro ſeruitio, & in principe præſumit in dubio donationem: cuius dicta referam infrà in tit. qualiter feudum conſtituatur. §. quod coad-

coadiuuat Iaſon, vbi ſuprà, aliquibus rationibus. Et reſpondet Oldrad. ad argumenta prędicta, vt latiùs per eum ibi, & Iaſon, vbi ſuprà, & formaliter verba Oldrad. refert Albe. in rubrica C. de dona. in ij. col. & ſequ. ¶ Tamē idem Iaſon dicit, poſſe teneri, quòd imo ſit feudū, & illa verba, Directam & vtilem actionem. intelligentur de vtili in totum, de directa quo ad exercitium, quod competit habenti vtilem, cùm impoſsibile ſit, vtramque ſimul concurrere, vt latiùs per eum, vbi ſuprá. ¶ Iſtud tamen mihi non placet, quia in conceſsione, præſertim principis, interpretatio latiſsimè eſt fienda, l. fi. cum materia ff. de conſti. prin. ¶ Vnde commodiùs interpretabuntur illa verba, Actiones directas & vtiles, hoc eſt, non ſolùm directas ſimpliciter, & ſine vtilibus, ſed directas cū pleno iure: & ſic intelligetur, Vtiles. id eſt, efficaces, ſeu cauſaliter, non formaliter, ſicvt alibi dicimus de vſufructu iuxta gloſ. & Doct. in l. ſi fundum. ff. de condict. indeb. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Titius. & ibi Alex. ff. de verb. obli. Item non eſt ſemper verum, quòd vtilis actio non poſsit concurrere cum directa: quia quando habēt originem ex diuerſis cauſis, poſſunt concurrere, vt no.

Actio utilis cum directa an, & quando concurrere poſsit.

E

in l.Stichum.§.additio.ff.de solu.& ponit Paul.de Ca. in l. si hæres. la ij.ff. ad Trebel.Bene facit,quod volunt Bar. & alij in l.sed & si possessori.§. fin. & in l. duobus. § . si quis iurauerit. ff. de iureiur.Vnde si aliquo respectu apud ipsum regem fuissent, videtur illas cedere. Item & quia diuerso respectu posset habere directas & vtiles,sicut in rege, qui tenet regnum in feudum ab alio, & infeudat baroniam alteri,vt dicetur infrà in tit.quale ius acquiratur vasallo ex cõcessione feudi. ¶Stat ergo solùm difficultas in eo,an ex eo, quod ius directũ est translatum,desinat esse feudum? Et ex præmissis apparent authoritates hinc inde.Alibi etiam Bald. quem refert Ias. vbi suprà,in l.si plures. C. de cond. inser. tenet, quòd ex pacto potest dominium transferri in vasallum. Et idem Bal.in l.vnica.in xvij.col.C.de confess. referẽs ita tenere Io.An.in c.Abbate sanè.in princ.de re iud.in vj.Et idem vult Bal.in l.j.in vl.col.circa med. C. si plures vna sententia fuer.cõdem. & in hoc relinquit do.Iason cogitandum. ¶Sed dom.Card.Alexand. in prælud. in xiij. colũ. in iiij. diuisione concludit, quòd prædicto casu erit feudum non purum & proprium, sed alteratum, & habens impro-

impropriam naturam.

Quòd dominium directum remaneat apud dominum, an sit de substantia contractus feudalis.

Tota difficultas stat in hoc, an istud sit de substantia, quòd dominium directum remaneat, vel non? Et ex præmissis videtur concludi, quòd est de natura, non de substantia, & sic in diffinitione, quòd non debuerint necessariò apponi illa verba, vt proprietas, etc. Et pariter in diffinitione, quam dedi, superfluit verbum, Vtilis dominij. sed congruentius esset, Rei.

Declarantur nunc uerba diffinitionis feudi, Rei immobilis. ubi concluditur, quòd feudum non consistat in re immobili. Verbum, Rei. est generale. Si concedatur rei inhabilis in feudum, non erit feudum, sed contractus innominatus.

Posthęc in diffinitione dicit, Rei immobilis. ad denotandum, quòd non potest consistere in re mobili: aliàs si diceretur, Rei. simpliciter, non esset bona diffinitio, cùm verbum, Rei. sit generale, l. prima, in fine, ff. si certum pet. cum concord. Circa hoc tamen cadunt plures nota. quæstiones, quæ declarandæ veniunt infrà in titulo, quæ res in feud. dari poss. §. j. Vnum tamen

non omitto, quia facit ad cognitionem feudi, quòd si concedatur res inhabilis in feudum, putà res mobilis, non erit feudum, sed contractus innominatus, quia istud est contra naturam substantialem feudorum. Ita pulchrè Bald. in l.j. in ij. col. C. de fructib. & litis expens.

Verba diffinitionis, Vsusfructus autem illius rei ad recipientem transeat, etc. quomodo sint accipienda, ostendit. Feudũ quòd magis usufructui accedat, quàm proprietati. Vsufructuarius habet fruitionem quandam utilem & plenam, ob quam non præstat cautionem usufructuariam, nec perditur per capitis diminutionem. Feudum est ususfructus quidam, cui cohæret persona.

Deinde subiũgitur in diffinitione, Vsusfructus autem illius rei ad recipientem transeat, etc. quæ quidem verba accipiuntur impropriè, & ponitur vsusfructus pro vtili dominio, quod regulariter trãsit in feudatariũ, vt probatur in c.j. §.j. in tit. de inuestit. de re ali. fac. Et ibi omnes notant, & dicetur infrà in tit. quale ius acquiratur vasallo ex constitutione feudi. Et ita illud verbum, Vsusfructus. declarant omnes Doct. in d.c.j. §.fin. in qui. cau. feu. amit. Bal. Alua. Marti. Laud. do. Card. & Iason hîc, Io. Blan. in Summa, in titul. de contr. feud. in ij. col.

col. versi. sed videtur, quòd non possit. & versic. seq. Et sic patet, quòd ista fuit rustica descriptio, non elegans diffinitio. ¶Ponitur tamen nomen, Vsusfructus. propter conueniētiam quandam, quam habet feudum cum vsufructu, secundum Bal. in l. vnica. §. excepti. C. de caduc. tollen. Et dicit Bal. in l. cùm oportet. circa fi. princ. C. de bon. quę lib. quòd feudum magis accedit vsufructui, quàm proprietati. Et refert Ias. in prælud. in viij. col. & ibi etiam circa fin. allegat Bald. in l. j. in vltim. col. C. si plures vna sententia fuer. condem. vbi dicit, quòd vsufructuarius habet fruitionem quandam vtilem & plenam, ideo non pręstat cautionem vsufructuariā, nec perditur per capitis diminutionē. Bald. etiam in l. vnica. in xvij. col. in verbo, dico ergo. C. de confessis. Refert Io. Mo. dicere, quòd vasallus habet quendam vsumfructum anomalum, qui non est causalis, nec formalis, sed singularis ratione cuius habet offi. in l. Aquilia. ff. de donat. Tamen Bald. ibi dicit, quòd habet vtile dominium, & ideo vsusfructus in diffinitiōe feudi ponitur improprié. Et refert Iason in prælud. in loco pręallegato, & dicit Bald. in iij. vol. consil. xxxviij. circa princ. ij. col. quòd feu-

dum eſt vſusfructus quidam, cui cohæret perſona.

Si conceditur domus ad utendum & fruendum, an iſta conceſsio extinguatur morte. Vſui ineſt proprietas. In teſtamentis fit plenior interpretatio. In beneficio fit latiſsima interpretatio, & latior quàm in ultimis uoluntatibus.

Et iſtud facit ad quæſtionem, quam tangit Bal. in prælud. in antepenul. col. in vj. diuiſione, vbi quærit, quid ſi concedo tibi talem domum in feudum ad vtendum fruendum, nunquid iſtud feudum extinguetur morte? Arguit primò, quòd non, per d. c. j. in fi. in tit. in quibus cau. feud. amit. vbi feudum dicitur quidam vſusfructus, & tamen tranſit ad ſucceſſores. Tamen contrarium adducit, l. ſi habitatio. §. ſi ſit. ff. de vſu & habit. Et hoc dicit verius, quia iſta conceſſio eſt facta in proprios vſus, ſicut ſi concederetur feudum ad alimenta, & ideo morte finitur, vt notatur in l. cùm hi. §. ſi vni. ff. de tranſact. & in l. dominus. ff. de vſuf. In contrariũ tamen adducit, l. donationes in concubinam. §. ſpecies. ff. de donat. ſed reſpõdet, quòd ibi loquitur in rebus, quæ vſu conſumuntur: vnde vſui ineſt ꝓprietas. ¶ Sed cõtra hoc oppo. de l. ſpecies. ff. de aur. & ar. le. vbi text. loquitur de rebus, quæ vſu non conſu-

ſumuntur, & tamen vſusfructus accipitur ꝑ proprietate. ¶Sed ſoluit Bald. ꝙ ibi verbum, Vſusfructus. appoſitum fuit cauſa demonſtrationis, non cauſa arctādæ diſpoſitionis. Allegat not. per Doct. in l. cui. ff. de ali. & cib. legat. & quia in teſtamentis fit plenior interpretatio, l. in teſtamentis. ff. de regul. iur. Hæc ſunt verba Bal. Iaſ. autem his ſe remittit ad not. per Bar. in d. l. donatiões. §. ſpecies. in d. l. cui. in princ. de ali. & cib. leg. & per Baldum in lege prima, in ij. col. C. de fructibus & lit. expenſis. In quibus locis Doct. cōmuniter concludunt in terminis, in quib. Bal. loquitur per illa verba, Ad vtendum, etc. non reſtringunt præcedentem diſpoſitionem, & ſic contra id, quod decidit Bald. hîc. Et puto Bald. malè loquutū, maximè quia ipſe vult, quòd in vltimis voluntatibus illa verba ſtarent demonſtratiuè, quia illæ ſunt fauorabiles, & tamen conſtat, quòd feudum eſt beneficium, vt patet ex præcedentibus, in quo fit latiſsima interpretatio, & latior quàm in vltimis voluntatibus, c. cùm dilectus. de dona. & no. in l. fi. ff. de conſti. princ.

Quæritur, ſi conceditur feudum cum pacto, quòd in vaſallum nullum dominium tranſeat, etiam utile, an erit feudum.

Posset etiam iuxta pręmissa quęri, an si in cócessione feudi sit expressè actũ, quòd in feudatarium nullũ dominium transeat, etiam vtile, an tunc censebitur feudum? & licet non inueniam fatum in specie, tamen puto idem dicendum, quod in quæstione contraria, quãdo actum est, quòd in feudatarium trãseat directum dominium, eadem ratione, de qua dixi suprà eod. §. versic. hinc inferunt Doc.

Verba diffinitionis, Ad eum, hæredesq; suos masculos, etc. quòd non sint de substantia ipsius.

Subiungitur præterea in dicta diffinitione, Ad eum hæredesq; suos masculos, etc. quæ verba profectò non sunt de substantia diffinitionis, tamen exprimitur id, quod est de natura feudi, circa quam successionem omnia pacta valent, vt plenè dicetur infrà in tit. de nat. success. feud. §. j.

Sequentia uerba diffinitionis, Ad hoc, ut ille & hæredes sui domino fideliter seruiant, etc. aggreditur declarare.

Posthæc sequitur in diffinitione, Ad hoc, vt ille & hæredes sui domino fideliter seruiant, etc. per quod videtur inferri, quòd de substantia feudi est, vt seruitium debeatur.

Feudum

Feudum dicitur quædam seruitus, & qualis.

Et hoc feudum aliquãdo appellatur quædam seruitus, secundum Bald. in l. quotiens. in j. col. C. de suis & legit. & in c. j. in princ. iij. chartæ, de iudic. & in c. quæ in Ecclesiarum. in x. col. versicu. scias pro intellectu istius. de constit. & in §. ij. in tit. si de feud. fue. contro. & Io. An. in addi. ad Specula. in rub. de feud. quas quotas allegat do. Card. Alex. in prælud. in ix. col. Ias. etiam in prælud. in viij. col. allegat Bald. in l. si vxorem. ad fi. C. de cond. inser. qui Bal. allegat glo. in l. si cuius. §. j. in verbo, oportet. ff. de vsufruct. quam etiã allegat Bald. in l. libertas. ff. de stat. ho. Idem etiam dicit Bald. in iij. vol. consil. cccj. in princ. vlt. col. & magnus practicus Papi. d. Franc. Curt. consil. xlix. in lx. col. vbi refert simpliciter quotas, dom. Cardin. vbi suprá. Et dicitur seruitus realis, vel realis & personalis simul, vt vult Bald. in locis præallegatis, maximè in d. c. quæ in Ecclesiarum.

Vasallus æquiparatur liberto. Libertas uasalli non potest pœna astringi, sicut nec libertorum.

Et ideo vasallus æquiparatur liberto, vt dicit Bald. in l. liberti. in fin. penult. col. de oper. lib. post glo. in c. fin. in

verſ.ſalua.in tit.de mili.vaſal. qui conr. eſt.inferens ex hoc, quòd libertas vaſallorum non poteſt pœna aſtringi, ſicut nec libertorum,l.j.§.quæ onerandæ. ff. qua.rerum act.non da.& l.ſi ita ſtipulatus.ff.de oper.lib. quod ſimpliciter ſequitur, & dicit notãdum Iaſ. vbi ſuprá.

Metus reuerentialis in uaſallo quando habeat locum.

Quod ego puto verũ,vbi ratio metus reuerẽtialis militaret, provt in liberto, vtputà, quia eſſet vaſallus multùm aſtrictus potenti domino:aliàs ſi eſſet homo ęquè potens,qui teneret rem in feudum ab alio,quæ tamen eſſet magni valoris,certè ceſſaret ratio,per d.§.quæ onerandæ.verſic.& hoc tamen cauſa cognita.

Vaſallus an uocet in ius dominum ſine uenia.

Inducit etiam Iaſon ad quæſtionem, an vaſallus poſsit dominum in ius vocare ſine venia? de qua dicetur infrà in tit.de in ius voc.

Papa,ſi Eccleſia tenet rem in feudo ab imperio, eſt inferior Imperatore.

Refert etiam do.Card.vbi ſuprà, dictum Bal.in l.adoptiuus. §. ſi liberta.ff. de oper.liber.qui dicit,ꝙ licet aliàs Papa ſit ſupra Imperatorem, tamen ſi Eccleſia Romana tenet feudum ab eo,illo reſpectu erit inferior eo.

Vaſallus

Vasallus æquiparatur homini libero ab hostibus redempto.

Mar.etiam Laud.in c.j.in v. col. qui feu.da.po.quem refert Iaſ.vbi ſuprà, & do.Card.in prælud.in ij.col.licet Mart. non referat,dicit,quòd vaſallus poteſt æquiparari homini libero ab hoſtibus redempto,in quo redimens habet vinculum pignoris, & quaſi ſeruus cenſetur,l.ſenatus. §.fin.ff.de legat.j.& l.fin. C.de cap.

Vasallus debet domino fidelitatẽ,& dominus econtrà uaſallo eandem præſtare tenetur.

Iſtæ tamen ſimilitudines non ſunt p̱ omnia bonę, quia licet vaſallus debeat fidelitatem dño, tamen econtrà dominus eandem tenetur vaſallo prę̨ſtare,vt dicetur infrà in tit.ad quid dominus vaſallo teneatur.

Quæritur,an ualeat pactum in conceſsione feudi appoſitum,quòd uaſallus nullum præſtet ſeruitium domino.

Ex præmiſsis verbis etiam poſſet inferri ad quæſtionem,an valeat pactum, quòd pro feudo nullum præſtetur ſeruitiũ domino?Quòd valeat, tenuit Bal. in c.j.in princ.de feu.guar.Et ibi d.Car. ad fi.pen.col.& dicetur infrà tit.j.§. vbi tractabitur de feudo Frãco.licet nõ poſſit in totũ liberari ab his, quę veniũt iure fidelitatis, vt ſtatim ſubijciam.

Seruitium personale non est de substantia feudi.

Vnde ex hoc infertur, quòd seruitiũ etiam personale non est de forma substãtiali feudi, & ita expressè dicit And. de Isern. in d. §. final. in ij. col. in quibus caus. feud. amit. dicens, quòd non seruitium, sed fidelitas sunt de substãtia feudi, alleg. §. nulla. in tit. quid sit inuest.

Concludit tractatum reiectæ diffinitionis ipsius authoris libri feudorum, improbationis additis causis. Diffinitio debet diffinitum diffinire per genus & differentiam. In diffinitione conuerti debet diffinitum cum diffinitione. Per pactum remitti potest iuramentum fidelitatis. Fidelitas remitti non potest in totum.

Et per consequens sequitur, quòd omnia verba in diffinitione Authoris apposita, sunt pro maiori parte malè posita: quia non diffiniunt diffinitum per genus & differentias, & omissum est id, quod est magis principale, scilicet fidelitas, & apponuntur multa, quæ non sunt de forma substantiali, & ex omnibus simul iunctis non conuertitur diffinitum cum diffinitione. Solum enim inuenio vnum verbum substantiale, quod respicit rem, quæ cõceditur, aliud quod est omissum in ipsa diffinitione, est fidelitas: nam licet per pactum pos-

ſit remitti iuramentum fidelitatis, vt probatur in capitulo j. in fine, per quos fiat inueſti. & in c. j. §. eſt & alia. quæ fu. prima cauſa benefi. amitten. & in c. j. in princ. de capit. Conra. & dicetur infrà in tit. de iura. fidel. tamen ipſa fidelitas in totum remitti nõ poteſt, quo minùs vaſallus ad illã domino teneatur, alioquin non poſſet dici feudum.

Aliam nunc dat diffinitionem ſuam, poſt Oberti de Orto reprobatam, eamq; explicat. Verbum, Conceſsio, generale eſt ad omnem contractum.

Vnde ex omnibus prædictis videtur mihi feudum debere ſic diffiniri: FEVDVM eſt conceſsio rei habilis pro fidelitate. Dixi, Conceſsio. quod eſt nomẽ generis ad omnem contractum, in quo, ſeu per quem transfertur ius, vel poſſeſsio, aut tenuta, ex cauſa lucratiua, vel onerofa, vt tangit Bald. aliqualiter in c. Titius. circa princ. in tit. ſi de feud. fue. contro. multasque remiſsiones de hoc verbo tradit Alexan. in leg. ſi donatione. in x. col. C. de collat. & in leg. ſi conſtante. in princ. in antepenul. col. ff. ſolut. matri. & in l. ſi pecuniam. in princ. in iiij. col. ff. de condi. ob cauſam. & in l. ſed & ſi me putem. §. j. in ij. col. ff. de condic. inde. & in l. ſi quis antè. circa fi. *Diffinitio noua Feudi.*

ff.de acqui.pos.& in l.à Titio.in penul. col.c.de verbo.obl.& Aret in l.j.§.si vir. in primo no. & in l. Pomponius .§.si is. in iij.not.ff.de acquir.pos. & Pan. in c. pastoralis.in j.not.de donatione. Multa etiam ponit Alb. in Dictionario suo. Vnde patet, quòd istud verbum, tanquã genus, est rectè positum. ¶Quod autem dictum est, Rei habilis. propter quid dicatur, patet ex præcedentibus, quia est de substantia, & elegantiùs dicitur, q̃ diceretur, Rei immobilis. vel, Quę inter immobilia computatur. quã quam hoc dici posset: nam istud, Habilis. omnia complectitur, & simili verbo vtuntur Bar. & Doc. in l.j.in princ.ff.de acquir. possess. in diffinitione possessionis.

Oberti de Orto diffinitio magis descriptio, quàm diffinitio dici potest.

Pro fidelitate etiam rectè dicitur, non pro iuramento fidelitatis: cùm alterum sit de forma & substantia, alterum non, vt patet ex præcedentibus. Alia autem sunt superflua, & non bene posita, & ideo And. de Iser. in d.§.fina. in primis verbis dicit, quòd ibi ponitur diffinitio, seu descriptio, & revera magis dici potest descriptio, quàm diffinitio.

Commu-

Communẽ oppositionẽ aduersus omnes diffinitiones feudi adfert, uidelicet quòd debeat in feudi diffinitione mentio fieri de inuestitura, quasi sit de substantia contractus, & ad eam respõdet. Etiã alijs modis feudũ acquiritur, quàm inuestitura, ut sustentatione, præscriptione, etc.

Demum contra omnes diffinitiones prædictas opponitur, & videtur, q, in diffinitione feudi debeat fieri mẽtio de investitura, quasi sit de substantia feudi, per text. in c. j. quid sit inuesti. Sed ad hoc respõdet Bal. in prælud. in viij. col. versic. sed advertendum, quòd ideo de investitura non facit mentionem, quia alijs multis modis acquiritur feudum: putà, sustentatione, vel præscriptione. Et sequitur Mar. Laud. c. j. in iij. col. qui feud. da. po. sed meliùs videtur posse dici, quòd diffinitur contractus feudi, nõ exequutio.

II.

Secunda pars huius Rubricæ incipit, in qua tractatur de uarijs NOMINIBVS *Feudi, Vasalli, & Domini rem in feudum concedentis: præmittit autem Ordinẽ eorum quæ dicenda sunt in hac parte secunda.*

SECVNDO' ergo, postquam visum est, quid sit feudũ, vidẽdũ est cõgruo ordine, vnde dicatur, & an alio nomine appelletur. ¶ Secũdò, quid de vassallis, seu de nomine, vasallus. ¶ Tertiò, quid de domino, seu de hoc nomine, dominus.

Primo loco agit de uarijs APPELLATIONIBVS *Feudi: prius exponens originem uocabuli, Feudi. uidelicet Quòd feudum dicatur à fidelitate, seu fide.*

Dicitur autem Feudũ à fidelitate, seu fide, vt dicit Text. in c. nulla. in titu. per quos fiat. inuest. Et ponunt omnes Feudistæ, Iac. Ardi. circa princ. Summæ sub rub. vnde dicitur feudum. Ioan. Blan. in Summa sub j. rub. versic. item feudum à fidelitate. Iaco. de Bel. in ij. col. Bald. in prælud. in iiij. col. versic. secundò quæritur. Aluar. in viij. col. Ioan. Ray. in suo Compendio super rub. in iij. col. Marc. Laud. in c. j. in princ. in iiij. col. qui feu. dar. poss. do. Cardin. in prælud. circa fin. ij. col. Iass. in x. col. in iij. principali quæstione, Hosti. in Summa, de feud. §. vnde dicatur. Imol. in c. ij. in xiij. col. versicu. secundò tangit. de feudis. Card. Flo. in c. fin. in xv. quæstione, eo tit.

Feudum à fide, seu fidelitate dicitur, per excellentiam. In feudo committit dominus uasallo personam, honorem, & bona: & uasallus ex natura feudi obligatur ad ea seruanda. Bona fides in omnibus contractibus est seruanda. Contractus bonæ fidei per excellentiã dicuntur, in quibus præ cæteris exuberat bona fides.

Et dicitur à fide, seu fidelitate, per excellentiam: quia licet in omnibus contractibus sit fides seruanda, & alienam fidem

fidem sequantur, l.j. ff. si certum pet. & graue sit fidem fallere, l.j. in princ. ff. de cōstit. pec. & l.j. in princ. vbi multa moralia dicit Bald. ff. de pact. & ibi Ias. circa princ. tamen propter excellentiam dicetur iste contractus in fide consistere, cùm in eo dominus committat vasallo personam, honorē, & bona, & vasallus ex natura feudi obligetur ad ea conseruanda, vt latiùs dicetur infrà in tit. de iuramento fidel. Ita dicunt Gui. Odo. Ray. Bal. & alij hîc in præludijs, & referunt Modern. maximè Aluar. & Ias. Sic in simili videmus, quòd in omnibus contractibus bona fides sit seruanda, tamen aliqui per excellentiam dicuntur bonæ fidei, quia in illis magis exuberat bona fides, vt notant glo. & Doct. in §. actionum. Insti. de actio. cum concord. quod idem adducit Ioan. Ray. vbi suprá.

Pactum quòd uasallus non cadat à feudo propter feloniam, an ualeat, remissiuè. Non bonum semper est argumentum ab allusione uocabuli.

Et ex hoc infert Ias. an valeat pactum, quòd vasallus non cadat à feudo propter feloniam, de qua dicetur infrà in titul. de amissione feud. Nunquid autem per pactum possit remitti fidelitas, dictum est in §. præced. ante fin. ver. & per

consequens sequitur. Tamen ista non sunt hîc tractanda, quia non semper bonum est argumentum ab allusione vocabuli, vt latè per Bart. & Doct. in lege j. in princip. ff. de acqui. pos. cum concord.

Fides quid sit, & quotupliciter accipitur, remissiuè.

Quid autem sit fides, & quotupliciter accipitur, tangit Iason, vbi suprá. Ponunt glo. & Doct. in c. de sum. trinit. & C. eo. titul. & in c. nihil. de consecr. dist. iiij. & Alb. in Dictionario in ver. fides. & aliquid Pan. in c. fin. §. j. in iiij. nota. de offic. dele. nec vlteriùs prosequor, quia non pertinet ad materiam specificam feudorum.

Feudum dicitur à faciendo, secundum Henr. Archiepis. & quare. Feudum an sit contractus innominatus. Item, feudum quòd dicatur à faciendo & dicendo.

Refert tamen Iason, vbi suprà, quòd Henri. Archiepiscopus in Summa sua in §. ij. quem etiam refert do. Anton. de Prato vet. in j. rub. huius libri, in vlt. col. dicit, feudum appellari à faciẽdo, quia propter fieri datur. Qua ratione dicit, feudum esse contractum innominatũ, do vt facias: sed hoc nõ sequitur Iason, & bene: nam dato, quòd ita esset, tamen magis à fide esset denominandum, quæ

est

est magis de forma substantiali feudi, quàm illa quę sunt fiéda, vt patet ex his, quæ dixi suprà §.proxi.circa fin. Et an dicatur contractus innominatus, dicetur in §.fin.infrà eo.tit.Ioa.Rey. etiam, vbi suprà, dicit, quòd dicitur feudum à faciendo & dicendo. Allegat Odof.in Summa, quia vasallus tenetur domino seruire dicto & facto, & refert Iason, vbi suprà, licet referat, quòd Ioã. Rey. dicat de deriuatione huius verbi, Fides. non verbi, Feudum.

Feudum quòd etiam appelletur beneficium: item quarè beneficium appelletur.

Appellatur autem alio nomine Beneficium, & ita plerunq; in libro feudorũ denominatur, scilicet in c.j.§.j.ver.cùm verò Conradus. qui feud.da.po.& in §. hoc quoq;.eod.tit.& in §.fi.de feu. marchi.& in tit. an mari.succe. vx. & in tit. de feu.da.mil.vas.& in tit. apud quem, vel quos. in princ.& §.j.& in tit. Cõsti. Lotha.c.j.& ij.& in tit.de benef. fra. & in tit.de feu.sine cul.non amit.c.j.& ij. in titul.quo tempo.mil.c.j.ij.& iij.& in titul.de conten.inter dom. & vasall. & in titul.de feud.cogni.§.fin.& in tit. de inuesti.de re ali.fac.§.j.& §. quid ergo. & §. final. & in titul. qualiter olim feudum po,ali. §. primo, & §. porrò. & in

titul.quis dic.dux, mar. Co.& in titul. de grad.succes.in feud.& in tit. de frat. de no. bene. investit. in rubrica, & in princip.§.fin.& in §.j.de vas.decrep. æta.& in c.j.in princ.de eo qui sibi & hære.suis.& in titul.de duo frat.à capi.investi.c.j.& in tit.in quibus caus.feud.amit.§. j. & in tit. quæ fuer.prima causa benefi.amit.in princ.& in §.j.& §. item qui dominum.& per totum tit.& in tit. si de feud.fuer.contro.§. licet vasallus. & §.beneficium.& §.seq.& in tit.de pace tenend.§.si duo homines.& §. seq.& §.quicunque advocatiam. & in tit.hîc finitur lex.§.j.& in c.j.de fili.na.ex matri.ad morga.contract.& in c.j.de feud. fœm.& in c.j.q test.sunt nece.ad no.invest.& in tit.de cõsue.rect.feu.in princ. & §.fi. & in tit. de lege Conra. in princ. & §.j.& §.ex eadẽ lege.& §. similiter. & §.fin.& in tit.de cler.qui invest.fe. & in tit.an ille qui interfe.fra.do.sui.in prin. & in tit.de vas.qui contra consti.Lotharij.& in tit.de alie.feud.pater. in princ. & §.fin.& in tit.de capit.Conra. in princip.& §. fin. & in rubro & nigro, in titu.de contro.inter mas.& fœ.de benefi. & in rub.de contro.inter do.& emp.de benef.& in tit.de contro.inter vas.& alium.& in titu, quid iuris sit, si vasall.&

in

in tit.an agna. vel fil. & in tit.an apud do.vel cur. & in tit.de eo, qui ſi.fecit agna.& in tit.de natura ſucceſs. feud. & in tit.de cap.qui curi.ven.in princ.& in tit.j.de prohib.feu.ali.per Lotha.cap.j. ij.& vlti.& in titulo,de prohib. feud.ali.per Fre. in princip. & ferè in omnib. locis prędictis notat Alua.apoſtillando literam Text. etiá in c.ad audientiá. & ibi Pan.in ij.col.de pręſcrip.Et ſic apparet,quòd ideo vel magis frequenter appellatur beneficium,ſicut feudũ. Quare autem appellatur beneficium, dictũ eſt ſatis ſuprà,§.proxim.verſic.primò igitur.& verſ.ſeq.

Secundo loco de varijs appellationibus eius, qui in feudum rem accipit,nempe V A S A L L I,*tractatur, & antè cætera dicit,quòd*

Vaſallus dicitur,qui rem accipit in feudum, licet etiam appelletur Fidelis.

Circa ſecundum,quia dictum eſt, ꝙ feudum à fide dicitur,ex hoc inſurgit,ꝙ licet ille,qui accipit rem in feudum,appelletur communiter per totum hunc librum,& vbique in iure Canonico,& per Doctores vtriuſq; iuris,Vaſallus,nomine ſpecifico: tamen plerunque denominatur à nomine generis, & vocatur fidelis,vt in c.j.§.j.in verſ. cũ verò Con-

radus.& ibi Doct. Cardi.circa princ. ij. col.in tit.qui feud.dare possũt.& in tit. de cõtro.investi.in princ.& §. si quis de manso.& in tit.qui.mo.feu.amit.§.j. & §.rursus.& in tit.de contro. inter do. & fi.in rubro & nigro,& in tit. de no. for. fidelit. & in titul. an remoueri debeat testis.& in titul.quot testes sunt necessa.& in ca.j.§.præterea.versicul.quòd si fortè.quæ fue.prima causa bene. amit. & ponit hîc Iason in prælud. circa med. xj.col.ver.item pro hoc,& do.Card. Alexand.in prælud.in xix. col. & Aluar. ferè in omnibus locis præallegatis, apostillando literam, & in prælud. in xj.col.

Vasallus unde dicatur. Item, Vasallus ad plura domino tenetur.

Dicitur autem vasallus à vade, seu vadimonio,in obligatione,ex eo quòd ad plura domino teneatur,c.primo, in tit. de noua for.fideli.Ita declarat Aluar.in prelud.in xj.col. vers. quæro septimò. & do.Car.in prelud.circa med.xix.col. & ibi etiam Ias. circa mediũ xj.col.vers. vasallus autem.

Vasallus aliquando clientulus etiam dicitur. Clientulus idem est, quod seruitor.

Ibidem subdunt,quòd eadem ratione appellatur aliquando cliẽtulus: qđ idem

idem est, quod seruitor, allegato c. j. in princ. & §. j. in tit. de alien. feud. Et ibi latiùs in princ. notant Mar. Laud. Alua. & do. Card. Alex.

Clientes dicuntur, qui præstant seruitium.

Clientes enim dicuntur, qui præstant seruitium, secundum eos, l. clientes. ff. de verbo. signi. Eodem modo accipitur in c. j. in princ. & ibi notat Aluar. in penult. col. de content. inter dom. & vas. Et ponit do. Card. Alex. in prælud. in xix. col. & And. de Iser. in procem. in fine iiij. quæst.

Vasallus etiam ualuassor dicitur.

Appellatur etiam aliquando valuassor, secundum Alua. Card. & Iason. vbi suprà, & habetur in c. j. in princ. qui feuda. poss. & ibi And. de Iser. in versic. valuassores. & Aluar. in iij. col. & d. Card. Alex. circa princ. Ita etiam appellatur in §. fin. eod. tit. & in §. j. de natura feud. & in tit. de feud. march. §. j. & in c. j. an mari. succe. vx. & in tit. de feu. dat. mil. valua. in rubro & nigro, & in tit. hic potest esse tit. qui. mo. feu. ami. & in c. j. in princ. & §. j. apud quem, vel quos. & in c. j. quis dicat. dux, mar. comes.

Valuassores quare sic dicantur. Valuassores dominũ curtizantes in festis, solent asidere ualuis dominorum, sicut liberti patronis.

Et dicūt Doct. præall. in d. c. j. in principip. qui feud. da. poss. Cardi. & Iason in prælud. in ij. col. quòd dicuntur valuassores, quasi digni stare ad valuas, seu portas domini propter feudum, quod ab eo tenent: tales enim, quando dominum curtizant in festis, solent assidere valuis dominorum, sicut liberti patronis.

Vasallus, feudatarius etiam dicitur. Item, Feudatarius unde dicatur.

Plerunque etiam per Doct. appellantur feudatarij, licet in textu aliquo hoc non reperiam. Et ita dicunt Aluar. & Cardi. in præludijs in loco præallegato vers. interdum. Sed istud est satis notum vocabulum, deriuatum à feudo, sicut donatarius cui donatur, cessionarius cui ceditur, commodatarius, depositarius, & similes.

Vasalli pares etiam dicuntur. Pares, uocabulum, non est propriū nomen uasalli. Pares dicuntur, qui habēt paria feuda.

Interdum appellantur pares, secundum Alua. & do. Card. vbi suprà allegāt c. j. in tit. si de invest. inter do. & vas. lis ori. Sed illud non est proprium nomen vasalli, sed adiectiuum, & capitur pro illis

illis, qui habent paria feuda, vt dicetur infrà in tit. de foro compet.

Vasallus miles etiam nonnunquam appellatur. In materia feudorum ubi fit mentio de milite, iudicatur idem in uasallo non milite: & quando?

Nonnunquam etiam appellatur miles, secundum Aluar. & do. Card. vbi suprà, vt in cap. primo, & ibi no. de feu. sine culp. non amit. & ibi glo. quam commendant Doct. maximè And. de Iser. Aluar. do. Card. & Mar. de Laude, quòd in materia feudorum, vbi fit mentio de milite, idem iudicatur in alio vasallo, nisi sit ratio specialitatis: & ita etiam accipitur in tit. consti. domini Lotha. c. j. & in c. j. Impera. Loth. secundum And. de Iser. vbi suprà: & ita etiam accipitur in eo. tit. de feu. sine cul. non amit. c. ij. & in c. ij. & iij. quo tempo. mil. Et notant in d. c. ij. Alua. Mar. de Laud. & d. Card. Ita etiam ponitur in c. j. in titul. de contét. inter dominũ & vasallũ. & ibi Alua. & Mart. Laud. eodem modo in c. ij. de feud. dat. in vicem leg. comm. & ibi Aluar. & in c. fin. eo. tit. & ibi etiam Aluar. & Mart. Laud. Ita etiam accipitur in ca. j. de vsu Mediolan. Et declarat etiam And. de Iser. quem alij nouiores sequũtur, in c. j. §. personam. in tit. per quos fi.

inveſt. ¶Et ita etiam in titul. de milit. vaſal. qui ar. bel. dep. & ibi Aluar. & in c. j. de mili. vaſall. qui cont. eſt. & ibi Aluar. & Cardin. circa princip. & in titu. ſi de feu. fue. contro. c. j. & ibi Andr. de Iſer. Aluar. Marti. Laud. & do. Cardin. & in c. aliàs. §. defuncto. eodem titul. & ibi Aluar. & in c. moribus. & ibi etiam Aluaro. & in c. j. in princip. de capi. qui cur. vendi. & ibi etiam Alua. & in c. j. & ij. & vtrobique Aluaro. de prohib. feu. ali. per Lotha.

Miles in materia feudorum quando pro milite uaſallo tantùm.

Aliquando tamē cum miniſterio ponitur miles pro vaſallo milite tantùm, & non pro alio, vt in c. j. & ibi glo. & omnes, quo tēpore miles. & in c. beneficium. ſi de feu. fue. contro. & in §. ſimiliter. de lege Conrad.

Vaſallus, etiam homo alienus in aliquibus locis appellatur.

In aliquibus etiam locis appellatur vaſallus homo alienus, vt dicit Bar. in l. ſi quæramus. circa med. ff. de teſtam. & refert Aluar. & do. Card. in prælud. vbi ſuprá.

Nominum uaſalli ſuperiùs enumeratorum aliqua quòd non ſint generalia ad omnes uaſallos. Item, Vaſallorum

ſpecies

ſpecies quòd ſint multæ: & quòd nominibus diuerſis appellentur, remiſsiuè.

Advertendum tamē eſt, quòd aliqua ex iſtis nominibus non ſunt generalia ad omnes vaſallos, cuius rei gratia intelligendum eſſet, quot ſint ſpecies vaſallorum, & quibus nominibus appellentur vaſalli cuiuslibet ſpeciei: verùm quia iſta nomina diſtinguuntur ſecundum qualitatem feudorum, reſeruo dicendum infrà in tit. j.

Tertio loco oſtendit DOMINI, *hoc eſt, in feudum rē concedentis, uarias appellationes: uidelicet quòd Concedens feudum communiter appellatur dominus: item etiam aliquando ſenior.*

Tertiò videndum reſtat de nominibus, quibus iura appellāt concedentes feuda, & intelligo de nominibus generalibus, quæ conveniunt cuilibet, à quo feudum tenetur, & is regulariter appellatur dominus in omnibus partibus iuris: nec expedit allegare ad hoc iura.

Sed aliquādo appellatur in libro feudorum ſenior, ſicut in c. j. hîc poteſt eſſe tit. qui. mo. feu. amit. & ibi Aluar. Mar. Laud. & dom. Cardin. & in titul. apud quem, vel quos. c. j. & in tit. de prohib. feud. ali. per Loth. c. primo & ſecundo, & ibi Aluarot.

III.

Tertia pars huius Rubricæ generalis inchoatur hoc lo co, in quo author duo sibi proponit tractanda: primum, QVO IVRE sit introductus contractus feudalis: alteriũ, quomodo DIFFERAT ab alijs contractibus. Sequitur autem

Ordinem tractationis iam indicatum, quem etiam præmittit.

TERTIO loco principaliter est vidẽdum, quo iure sit introductus cõtractus feudalis, vt etiam intelligamus, vnde hęc nomina, de quibus prædiximus, originem habuerunt. ¶Postea videbimus, & secũdò, quomodo differat ab alijs contractibus.

Primo loco exponit, QVO IVRE sit introductus cõtractus hic feudalis: sed ante quàm ad id accedat,

Refellit istorum sententiam, qui uoluerunt, quòd feudũ sit quædam militia, ostendens aliquot differẽtias feudi & militiæ. Vasallus etsi dicatur Clientulus, & clientuli fiat mentio in Iure ciuili, non tamen ibi potest adaptari ad uasallum.

Primam quæstionem tangit Blan. in prin. Summæ ad fin. Latiùs cæteris Andreas de Iser. in procem. in iiij. quæstione. Tangunt etiam do. Cardi. in pręlu. circa principium xj. & circa medium xix. col. & Iason circa medium xj. & Aluar. ante eos in xiiij. col. in vij. quæstione, & Mart. Laude. in c. j. in princ. in v. col.

v. col. qui feu. da. pos. & Ioa. Rey. in d. c. Imperialem. in vij. col. versi. quęro vlterius. Idem Alua. & do. Card. in c. j. in titul. de conten. inter dominum & vasallũ de invest. Et omittendo superflua, licet quidã voluerint dicere, quòd feudum est quædam militia, de qua loquitur text. in l. fin. C. de pigno. & in leg. omni modo. C. de inof. test. & per Bar. latè in l. j. §. nec castrense. ff. de collat. bo. tamen hoc est falsum, secundũ præfatos Doct. quia in multis differt feudũ à tali militia, quia illa potest legari & alienari, feudum non. Item illud potest transire ad fœminas, non feudum, vt latiùs per Andr. vbi suprá. Item licet de clientulo fiat mentio in iure Ciuili, vt in l. rem non nouam. §. fin. C. de iud. & in l. iij. ff. de vsu & habit. & vasallus dicatur clientulus, vt dixi suprà §. proxi. versic. ibidem subdunt. tamen secundùm præfatos Doct. & Prępos. in locis suprà allegatis non loquuntur de vasallo: nec verbum, Clientulus. in illis iuribus potest adaptari ad vasallum.

Contractus feudalis, item & nomina, de quibus suprà proximè, quòd sint introducta de consuetudine post Iura Ciuilia condita. Feudum habet denominationem à consuetudine. Contractus feudalis fuit incognitus populo Romano, illiq; si fuisset cognitus, exosus fuisset, &

quare. Iurisdictio non debet esse, nisi apud principẽ, uel magistratum. Feudum usuale nomen habet.

Veritas est, quòd iste contractus, & nomina, de quibus suprà §. proximo, introducta sunt de consuetudine post iura Ciuilia condita. Ita tenent Odo. Nicol. de Neap. & Iacob. Ardiz. circa princ. Sũmæ, & est cõmunis opinio secundũ And. Alu. & alios Moder. pręall. Refert etiam Iason, vbi suprà, Bald. in c. quæ in ecclesiarum. in x. col. de consti. quòd feudum habet denominationem à consuetudine, & quòd iste contractus fuit incognitus populo Romano, illiq; si eum cognouisset, exosus fuisset, quia sapit seruitutẽ personarũ, vel mixtã rerũ & personarũ, & singulari personę tribuit iurisdictionem, quæ nõ debet esse, nisi penes principem, vel magistratum, l. nõ est singulis. ff. de regul. iur. Refert etiam Bal. in rubri. C. de rerum permu. dicere, quòd feudum vsuale nomen habet, & sic ex consuetudine.

Contractus feudalis iure Canonico approbatus est. Consuetudines feudales captæ, hodie habent authoritatem, sicut aliæ leges.

Verum tamen est, quòd talis contractus, & talia nomina fuerunt de iure Canonico approbata, & in multis partib.

iuris Canonici fit mẽtio de feudo, quas enumerat Io. Blan. in Summa sua, quẽ retuli in princ. huius §. & etiam istę cõsuetudines captæ, hodie habent authoritatem, sicvt aliæ leges, secũdum quod plenè fuit tactum suprà tit. j. §. iij.

Secũdo loco nunc ostendit, quo modo contractus Feudalis DIFFERAT *ab alijs contractibus.*

Et ex his infertur, quòd contractus feudi, cùm fuerit antiquis legum latoribus incognitus, licet habeat similitudinem cum alijs plerisque cõcessionibus & cõtractibus Iuris Ciuilis, tamen habet alias qualitates substantiales differentes ab illis.

Contractus feudalis quòd differat à militia, & qualiter, remissiuè. Feudum propter fidelitatem præstatur, militia autem non.

Et in primis qualiter à militia differat, patet ex præmissis, & quia feudum præstatur propter fidelitatem, militia non. Et ista est differentia formalis, per quam differt ab alijs omnibus, vt patet ex his, quæ dixi suprà in diffinitione feudi.

Feudalis contractus quomodo differat ab emphyteosi: item, quomodo ab alijs contractibus. Vtile dominiũ quòd & in feudo & in emphyteosi trãsferatur. De feudo ad emphyteusim, & econtrà, quòd arguant sæpè Doctores. Feudũ differt ab omnib. alijs cõtractib. in substãtialibus.

Et licet inter cætera habeat magnam convenientiam cum emphyteosi propter vtile dominium, quod in vtroque transfertur, adeo quòd Spec. in titul. de feudis. §. quem. verſ. xl. in fin. dixerit, quòd feudum, emphyteoſis & libellus differunt ſolo nomine: attamen, vt dicit Bald. in pace Conſtant. in verbo, libellariæ. iſtud procedit in feudo, pro quo præſtatur annua penſio, non in alijs, vt tangit do. Cardin. hîc in prælud. in v. vj. & vij. col. Multotiens tamen Doct. arguunt de emphyteoſi ad feudũ, & econtrà: de quo faciam ſpecialẽ quęſtionem infrà in tit. de iudic. vbi tangã, an iura loquentia in vno habeãt locum in alio. Et ex præmiſsis patet ſuperfluè quæri de ſimilitudine & differẽtia inter alios contractus, quia differt in ſubſtantialibus ab omnibus, vt patet ex his, quæ dicta ſunt in diffinitione. Et ita concludit And. de Iſer. in prælud. in v. quæſtione.

IIII.

Quarta pars Rubricæ huius incipit, in qua exponit, qualis CONTRACTVS *ſit feudum, quæq; ex eo* ACTIO *oriatur.*

QVARTO ergo videndũ reſtat, qualis contractus ſit feudum: ex quo intellige-

ligetur & secundò, quæ actio oriatur ex eo.

Primum membrum de qualitate CONTRACTVS *feudalis, diuidit in tres species cōtractuū, & ad quam speciem sit referendum, ostendit.*

Circa primum, qualis contractus sit, quæri potest de tribus: Primo, an sit cōtractus iuris gentium, vel iuris Ciuilis. ¶Secundo, an sit cōtractus nominatus, vel innominatus. ¶Tertio, an sit contractus bonæ fidei, vel stricti iuris.

Prima species contractus proponitur, & inquiritur, Contractus feudalis qualis contractus sit, an iuris gentium, uel iuris Ciuilis, uel Consuetudinarij.

Quantum ad primum, clarum est, vt patet ex proximè dictis, quòd licet quo ad formam generalem, hoc est, quo ad consensum, sit de iure gentium, sicvt sunt omnes contractus, l. ex hoc iure. & ibi omnes tradunt, ff. de iustit. & iure, tamen quantum ad formam specificam, est de iure consuetudinario.

Altera species propositorum contractuū adducitur, & quæritur, utrùm feudalis contractus sit, uel nominatus, uel innominatus. Contractus omnes quos de nouo consuetudo inuenit, ex quo à iure gentium, uel ciuili nomen non acceperunt, quòd sint innominati.

Sed maius dubium esse potest, an sit contractus nominatus, vel innomina-

tus? quam quæstionem diffusè tangit Iason in prælud. in fin. ij. col. in iiij. quæstione principali, & refert, quòd Cardi. in princ. suę Summę tenet, quòd sit contractus innominatus, quē retuli suprà, §. ij. versic. refert tamen. & idem tenet Bald. in l. fin. in j. q. C. quando licet ab emp. disced. & istud est etiam de mente Bald. in c. fin. in vlt. col. de causa poss. & propriet. vbi dicit, quòd omnes contractus, quos consuetudo de nouo invenit, sunt innominati, ex quo à iure gentium, vel ciuili nomen non acceperūt, l. naturalis. §. at cùm do. ff. de præscript. verb. l. si margaritam. ff. pro socio. Idem expressiùs tenet Bald. in rub. C. de rerum permu. in j. quæstione, vbi dicit, q, cùm talis contractus non perficiatur cō sensu, sed requirat ad sui perfectionem investituram, accedit magis contractui innominato, quàm nominato. ¶Contrarium tamen, quòd imo sit contractus nominatus, tenet Bar. in l. iurisgentium. §. quinimo. in vj. col. ff. de pact. & ibi Alex. in v. col. qui refert, cum Bar. tenere Bal. in rub. de rerum permu. qui tamen, quo ad feudum, tenet contra Bar. sed cum Bar. tenent Bald. Larg'. & Ange. in l. legitima. ff. de pact. Ange. in authen. vt sponsa. in princip. Bal. in c. quę

in

In Ecclesiarum. in x.col. & ibi Imol. de constit. Et istam partem sequitur dom. Card. in prælud. circa princip. vj. col. & Iason in loco præallegato, & do. Card. in c. j. circa med. pen. col. in tit. de bene. frat. & mouentur præfati Doct. per doctrinam Bar. vbi suprà, quæ est communis, quòd vbi consuetudo inducit nouũ contractum, & dat illi formã, & nomẽ, est contractus nominatus, vt ibi latiùs per eum.

Feudalis contractus quando aut nominatus, aut innominatus contractus dicatur.

Ipse tamen d. Card. in d. c. j. de benef. fra. limitat hanc conclusionem procedere, vbi feudum conceditur ex mera liberalitate: si autem cõcedatur pro mercede annua, tunc aut illa merces correspondet æstimationi fructuum, & dicetur locatio: aut verò est modica respectu fructuum, & tunc erit contractus innominatus. Secundum membrum probat ex doctrina Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publicanis. cum cõcord. Tertium per dictum Bal. in l. qui se patris. in x. col. C. vnde libe. Bal. verò in prȩlud. in vj. col. post And. de Iser. vult, quòd ita demum sit contractus nominatus, si est datum ad certum seruitium. Sed ista dependent ex his,

quæ dixi suprà eod.titu.§.j.versic.iuxta præmissa etiam,etc. cum versiculis sequentibus:vnde dicendum est,vt ibi.

Pœnitentia an habeat locum in contractu feudali, remissiuè.

Et ista faciunt ad quæstionem, an in contractu feudi sit locus pœnitentię:de quo dicam infrà in materia renunciationis feudi,in tit.de amissi.feu.§.

Tertia species hîc excutitur, utrùm Contractus feudalis sit bonæ fidei,uel stricti iuris. Feudum alio nomine dicitur Beneficium,remissiuè. In feudali contractu magis, quàm in alijs,exuberat fides. Contractus cum principe celebrati,habent naturam bonæ fidei.

Venio ergo ad tertium, & quæro,an sit contractus bonæ fidei, vel stricti iuris?& Bald.in c.j. in princi.in iij. col.de cognitio.feud. & ibi Aluaro. dicit expressè, quòd non est contractus bonæ fidei,sed stricti iuris, quia non est enumeratus in §.actionum.Insti. de act. & idem tenet Aluar.in c.j.in col.ij.de feu. cogni.& refert ibi do.Card. Alex.circa med.de quo tamen ipse dubitat, primò per l.finalẽ, cum materia ff. de constit. princip.quia feudum dicitur beneficiũ, vt latè dictum est suprà eod. §. j. versic. appellatur autem alio nomine. Item & quia feudũ dicitur à fide, ex eo quòd fides

fides magis exvberat in isto contractu, quàm in alijs, vt dictum est suprà eod. §. ij. circa princip. Nec obst. secundum eum, quòd non reperiatur iste contractus enumeratus in d. §. actionum. quia patet responsio ex notatis per Bald. in pace Constant. in verbo, omnes. aliàs in versic. si quas. vbi vult, quòd omnis contractus celebratus cum principe, habet naturam bonæ fidei, & præsertim secundum eum, quia vtplurimùm ista feuda conceduntur à principe: & super hoc relinquit cogitandnm.

Secundum membrum quartæ partis principalis huius rubricæ incipit, in qua quæritur,

Quæ ACTIO *ex contractu feudali oriatur? In contractu feudali magis exuberat fides, quàm in alijs contractibus. In relictis ex testamento debet quis seruare fidem defuncto, & non seruāti grauior pœna imponitur, quàm in alijs contractibus bonæ fidei. Actio ex stipulatu, quæ competit extraneo pro dote, non est bonæ fidei. Actiones bonæ fidei multa præ cæteris habent priuilegia: item quæ, remissiuè.*

Ego tamen puto, quòd, licet magis exvberet fides in isto contractu, quàm in alijs, & licet sit beneficium, nō detur actio bonæ fidei ex eo cōtractu, ex quo non enumeratur in d. §. actionum. per id, quod tangunt Iac. Bu. Aret. & cæteri ibi, in actione ex testamēto. nam in re-

lictis ex testamento debet quis seruare fidem defuncto, & non seruanti imponitur maior pœna, q̃ in plerisq; contractib. bonæ fidei, authen. hoc amplius. C. de fideicõ. & §. itẽ mixta. Insti. de act. & tamen non est bonę fidei, licet in casibus à iure expressis habeat similitudinem cum ea, vt volunt præfati Doct. & no. in l. in minorũ. C. in qui. caus. in integ. resti. non est nec. Item faciunt ea, quæ habentur per glo. & Doct. in l. ij. in princip. & in l. de diuisione. ff. sol. matr. vbi volũt, quòd actio ex stipulatu, quæ competit pro dote extraneo, non sit bonæ fidei, quia non est enumerata: licet actio, quæ descendit ex eodem contractu pro parte viri, vel mulieris, sit bonæ fidei. Item non sequitur, est beneficiũ, ergo actio, quæ inde oritur, est bonę fidei: quia secundum hoc actio, quæ oritur ex donatione, hodie, vt no. in leg. si quis argentum. in princip. C. de donat. & in l. legitima. ff. de pact. cum cõcord. esset bonę fidei: qđ nemo dixit, nec dictum Bald. in pace Constan. suprà allegatum pono pro constanti: tamen si verum est, procedet solùm, quod dicit do. Card. in feudo à principe concesso. Et istud scire est magni effectus, propter multa priuilegia, quæ habent actiones
bonæ

bonæ fidei præ cæteris: de quibus priuilegijs latè per glos. & Doct. in d. §. actionum.

Hîc superſedit Compilator, quia ex his, quæ in toto tractatu ſunt infrà dicenda, multùm dependent omnia, quæ dicuntur in præludijs: idcirco, ut perfectiùs tractari poſsint omnia, & ſuo loco poni, nec aliquid ſuperfluat, reſeruauit reliquum huius primæ partis, donec totum opus perfeciſſet.

* *
*

QVI FEVDVM DARE possunt, Rubrica.

Ostendit, quid hoc titulo acturus sit, & quo ordine. Videtur autem hic titulus referendus ad secundam partem Operis ab Authore instituti, quod SPECVLVM FEVDORVM *nominari uoluit, eiusq; fragmentum fortè non immeritò habebitur, in qua* CONSTITVTIONEM & ACQVISITIONEM FEVDI *decreuerat explicare: pertinet etenim ad id etiam persona rem in feudum concedens.*

HOC AVTEM Vt ordinatè intelligamus, qui feudum dare possint, oportet primùm intelligere, quid iuris sit in principe spirituali, vel tẽporali: ¶Secũdò, quid de prælatis inferioribus: ¶Tertiò, quid de laicis inferioribus à principe supremo.

I.

In prima parte de infeudationibus per SVPREMOS PRINCIPES, *ut sunt Papa, Imperator, & Rex, fienda agit: in qua, quia persona infeudans non existit sine re infeudanda, obiter etiam multas explicat conditiones rerum ab hisce personis uel infeudandarum, uel non infeudandarum. Præmittit autem, quòd*

Feuda Regalia solùm ab Imperatore concedantur, & à Papa. Papa usurpat concessionem feudorum, quæ dignitatum dicuntur, quantum potest.

PRIMO' Ergo circa principẽ sciendũ est, quòd sunt quędam feuda, quæ non possunt

possunt concedi, nisi per principem supremũ, putà feuda regalia, scilicet feuda dignitatum, de quibus infrà in ti. de diuisione feudi. Hoc probatur in c.j. in princ. in ti. de feud. Mar. qui tex. loquitur tantùm de Imperatore. Propterea Bald. ibi ante medium dicit, quòd Papa vsurpat concesſionem talium dignitatum, quantum poteſt: & ſequitur ſimpliciter ibi Aluar. circa princ.

Imperium, & omnes dignitates quòd dependeant à Papa, tãquã à primo principio. Papa quòd de nouo creare poſsit dignitates ſimiles feudalib. Papa infeudare poteſt non ſolùm res Eccleſiæ Romanæ, ſed etiam omnium aliarum Eccleſiarum, & concurrit cum omni alio prælato.

Sed Mart. Laud. ibi circa med. & do. Cardin. Alexan. in j. col. reprehendunt Bal. quia ſecundum Catholicam veritatem Imperium & omnes dignitates dependent à Papa, tanquam à primo principio, vt plenè traditur in c. ad Apoſtolicę. de re iud. lib. vj. per Ioan. Andreã, & alios, & in Cle. paſtoralis. de re iud. & bona glo. in c. ad noſtram. in verbo, Eccleſiæ. de hæretic. cum alijs concord. plenè traditis per eum ibi, & in c. cauſam. qui fil. ſint leg. Et quòd Papa poſsit ſimiles dignitates creare etiam de nouo, tenet Bald. in iij. volu. conſil.

cclxxiiij.circa princ.& in eod.vol.consil.cccxxx. vbi pulchrè loquitur, & est vna ampliatio ad id, quod dicit in d.c. j. in tit.de feud.March.procedat, nedũ in Imperatore,sed etiam in Papa. Quã ampliationem extende, vt non solùm possit Papa infeudare res Ecclesiæ Romanæ,sed etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & concurrit cum omni alio prælato.Ita pulchrè dicit Bald.in c.j. in princip.in j.col.qui feud. dare poss. & cum eo transit ibi do.Card. & Iason,vterq; in j.col. Item sequitur Feli.in d.c. ad audientiam.in fi.j.col. de præscript. Idem etiã tenet Bal.in j.vol. cõs. ccxcij. in fin.ij.col. & vtrobique allegat Bald. Io.Mona.in c.si eo tempore. de electio. lib.vj.Alias etiam concord.adducit Iason,vbi suprá.

Princeps qui non recognoscit superiorem, & est monarcha,concedit feuda regalia.

Secundò amplia principalem cõclusionem,vt illud,quod dicitur in Imperatore, procedat in alio Rege monarcha in regno suo,secũdum Aluar.vbi suprá. Et istud est generale,vbicũque loquuntur iura de Imperatore, vel de Rege: nã intelligitur de quocunque monarcha, secundum And.de Iser. & in c.j.in princip.

cip. in iij. col. qui feud. dare poss. & sequitur ibi Aluar. in iij. col. & do. Cardi. circa princ. Et de hoc dicetur infrà titu. proxi. §. nam vt dicũt præfati Doct. maius ius habet Rex in suo regno, quàm Imperator in Imperio: quia Imperator eligitur, c. venerabilem. de elect. & tamen Regi succeditur, vt dicetur infrà in tit. de succes. feud.

Quilibet in regno suo potest regalia concedere.

Idem etiam dicendum est de alijs principibus inferioribus à Principe, seu Monarchis, quòd posint creare dignitates inferiores sua dignitate. Nam videmus, quòd Duces nostri temporis creant Comites, & Marchiones. Puto tamen, quòd hoc habeant ex principali priuilegio à Papa, vel Imperatore: alias de iure non possent.

Regalia conceduntur ab habentibus potestatem concedendi dignitates Regales. In concessione Regaliũ requiritur clausula, Motu proprio.

Item quod dixi de Regalibus dignitatibus, quòd eæ à solo principe supremo concedi posint, idẽ dicẽdum est de Regalijs, de quibus in tit. quę sint regal. secundũ d. Mar. in d. c. j. in prin. q feud. da. po. ad fin. v. col. ver. notandũ tamen. Et ibi dicit, ꝙ adhuc est necesse, ꝙ in tali

concessione apponatur clausula, Motu proprio. Allegat l.j.C. de petit. bonorũ subla. lib. x. Et sequitur Iason in prælud. in xxiiij.col. allegans Alb. idem tenentem in l. quotiens. C. de preci. Imperat. offe. Quem etiam allegat, & sequitur do. Card. ibidem ante finem x. col. Attamen d.l.j. propriè non loquitur in istis terminis, sed in concessione rerum fisco delatarum.

In concessione generali non ueniunt Regalia, nisi hoc exprimatur.

Vnde verum est, quòd talia regalia, seu quæ reseruantur principi in signum supremę potestatis, non intelligũtur cõcessa per quæcunque verba generalia, nisi hoc exprimatur, vt probatur in c. per translationem. de offic. lega, & ibi Doct. maximè Moder. Bald. in l. ij. in vj. col. C. de seruit. & aquę. & in l. à procuratore. C. mandat. quem allegat do. Card. Alexand. in c. j. circa med. j. col. in tit. quę sint regal. Et voluit Ange. in l. imperium. in iij. col. ff. de iurisd. omniũ iudi. & Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. in xij. col, & seq. de cõstit. Bene faciũt, quę habentur in c. accedens. & in c. seq. de præscript.

Ponit LIMITATIONES *aliquot superioris doctrinæ.*

ctrinæ, quæ asserit, quòd regalia, quæ reseruantur principi in signum supremæ potestatis, non intelligantur concessa per quæcunq; uerba generalia, nisi hoc exprimatur: quarum hæc est.

I. *Quando princeps facit regem, in generali concessione ueniunt regalia.*

Quod dupliciter limitãdum est: Primò, vt procedat, nisi princeps concederet, vel crearet dignitatem, quæ ista includeret, putà si potest facere * legem, secundum Bal. in d.c.j. circa fi. & sequitur ibi do. Cardi. circa princip. & ibi etiam volunt And. de Iser. & dom. Mart. qui loquuntur in quocunque Rege Monarcha. Et si non recognosceret superiorem, tunc res esset magis clara, per ea quę dixi suprà eod. ver. illud autem. Sed Bal. & do. Cardi. loquuntur etiam in rege subdito, qui recognoscit superiorem, putà rex Siciliæ, & rex Bohemiæ, quasi hoc importat nomẽ regium. Vide omnino ad ista Feli. in d.c. quæ in ecclesiarum. in iiij. declaratione primi membri in xxij. col.

*Regem, meliùs forté.

II. *Quando princeps in generali concessione nominat aliqua Regalia, et subijciatur generalis clausula, omnia Regalia in concessione ueniunt.*

Secundò limitatur conclusio prædicta, quòd in generali concessione vt nõ veniant regalia, nisi princeps nomina-

tim aliqua ex his concessisset, & deinde subiecisset generalem clausulam, Omnia iura, etc. vt declarat Felin. in d. c. quae in Ecclesiarum. per c. qui ad agendum. de procurat. lib. vj. Et ita intelligit Pau. de Ca. consi. ccxxv. Allegat etiam Roma. consil. lix. in j. dubio. Idem etiam vult Ro. consil. cclxxj. & Cuma. consil. clxij. in ij. col. Bene facit, quod dicā in §. proxi. in iiij. restrictione quartae limitationis primae regulae.

III. *Si ille, cui est facta concessio generalis, utitur Regalibus per longum tempus sciente concedente, ueniunt in concessione.*

Ibidem ponunt Roma. & Cuma. tertiam limitationem, quando post concessionem generaliter factam, ille, cu est facta concessio, sciente concedente, per longum tempus illis vsus fuisset.

IIII. *Quando in generali concessione conceditur plenitudo potestatis, ueniunt Regalia.*

Quartam ponit Feli. vbi suprà, quando verba esset clara, putà quia princeps concedit plenitudinem potestatis: & idem, si similibus verbis generalibus vteretur, secūdum Cuma. vbi suprà: & in simili vult Feli. alios allegans in c. postulasti. circa princ. xj. col. de rescript. Ang. & Mod. in l. fi. ff. de consti. princ. vbi etiam

tiam ſcripſi, dum ita limitant regulam, quæ habet, quòd in priuilegijs ſit ſtricta interpretatio.

V. *Quando ſunt ſolita concedi Regalia, remiſsiuè.*

Quintam ponit text. in d. c. per tranſlationem. & ponit Cu. in d. conſ. in vlt. col. ſcilicet quãdo eſſent ſolita cõcedi.

VI. *Quando in conceſsione eſſent uerba geminata & prægnantia, ueniunt Regalia.*

Sextã ponit Cuma. in d. conſil. clxij. in j. col. ſcilicet quando in conceſsione eſſent multa verba prægnãtia, geminata, arg. l. baliſta. ff. ad Trebell. ad quod multa poſſent adduci, quę dici ſolẽt de geminatione: quorum quædam ponũt Moder. in c. ſi cautio. de fid. inſtru. & in c. ſi quando. & ibi Felin. de reſcript. & Barba. in j. volu. conſil. j. col. vj. xxiiij. & xxvj. Tamen hoc ſolum non puto ſufficere, niſi alia concurrerent, ex quo requiritur mentio ſpecialis, per ea quę habentur per Mod. in l. j. ff. de liber. & poſth. & in l. prætor. in princ. de oper. no. nunci. & latiſsimè per Fel. in c. nonnulli. in princip. in iij. col. cum ſimil. de reſcript.

VII. *Quando princeps in loco conceſſo non habet, niſi Regalia, ea ueniunt.*

Septimã limitationẽ ponit Cum. ubi ſuprà, ſcilicet qñ princeps in illo loco,

quem concedit,non haberet, nisi regalia,per l. fundus qui legatus. ff. de fund. instruc.Bene faciunt,quæ habentur ad ampliationẽ illius l.per Feli.in c. j.col. v.de rescript.versic.& dicit Bal.suprà in in rubrica, quòd in rescriptis nihil debet.

VIII. *Quando illi,cui fit concessio,imponeretur aliquod onus,quod nõ posset subire,nisi haberet Regalia, ea ueniunt.*

Octauam ponit etiam Cuma. ibi circa princip.vlti. col. scilicet quãdo ipsi, cui fit concessio, imponeretur aliquod onus,quod non posset subire, nisi haberet regalia.Et allegat iura, quæ parũ faciunt,sed meliùs facit l.Proculus. Et ibi notat Bal.ff.de vsufruct.& Alex.in l. si constante.in princip.in ij.col. ff. sol. mat.cum cõcord.ibi traditis per Mod. & ibi aliquando scripsi. Facit etiam l. sed si sic.§.j.& quod ibi no. de legat.iij. & lex,denique. §.interdum. de pecun. legat.

IX. *Quando ille,cui fit concessio, esset in maxima dignitate,tunc si per uerba ampla concedatur sibi ius & potestas,uidentur etiam ea concessa, quæ sunt de reseruatis, nisi sint de his, quæ sunt reseruata in signum supremæ potestatis.*

Nonam ponit Barb.in d.c.per translationem,in iiij. col.scilicet quando is, cui

cui conceditur, esset in maxima dignitate, putà Cardinalis: quia tunc si generaliter per verba ampla concedatur sibi ius & potestas, videntur concessa etiam ea, quæ sunt de reseruatis, nisi sint de his, quæ sunt reseruata in signum supremæ potestatis, per glos. in c. mandata. de præsumpt. cum alijs multis, de quibus ibi per eum. Facit l. forma. C. de off. præfec. pręto. & l. non ambigitur. ff. de legib.

Differentia huius nonæ fallentiæ à prima.

Et ista fallentia differt à prima, quia ibi præsumuntur ista reseruata concessa ratione dignitatis, quæ conceditur, cui ista videntur annexa: in casu autem nostro pręsumptio insurgit ex dignitate, & prærogatiua, quam habet is, cui fit cõcesio generalis antè & pręter illam vltimam concesionem.

Quando fit concesio personæ illustri, etiam per uerba generalia, dicuntur concessa Regalia.

Et ex hoc inferri posset, quòd licet regalia non videntur concessa per concesionem feudi cum omni iure mero, mixto imperio, & per alia verba generalia: tamen si ille, cui conceditur, sit aliunde persona illustris, putà quia Rex concedit filio suo, vel alteri de genere

ſuo Comitatum, includẽtur in illis verbis generalibus iſta Regalia, putà ſi dicat, cum omnibus iuribus & præẽminentijs, cuiuſcunque ſint qualitatis, vel qualeſcunque ſint, aut quid ſimile: quod eſt bene notandum. Bene facit text. in l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habita. & multæ deciſiones, quas ponit Felin. in c. cauſam. in xj. col. de reſcript. & Barba. in j. vol. conſil. v. in ij. col.

Conceſsio generalis facta illuſtri comprehendit Regalia, quæ ſimilibus concedi ſolent.

Prædicta tamen ſunt intelligenda ſanè per id, quod dicit Cuma. in d. conſil. clxiiij. circa fi. & Barba. in d. c. per tranſlationem. de Regalibus. quæ ſolent talibus concedi, & ſic ſecundum prçcedẽtem limitationem.

Quædam non ſolent concedi, niſi Regibus, uel aliquibus non recognoſcentibus ſuperiorem: item quæ illa ſint.

Nam quædam ſunt, quæ non ſolent concedi, niſi Regibus, vel aliquibus non recognoſcentibus ſuperiorem, & rarò alijs, putà imponere noua vectigalia, eligere vniuerſitates, cudere monetam, creare tabelliones, & his ſimilia.

Quæ multis concedi ſolent, ea intelliguntur per generalia uerba conceſſa.

Quçdam verò, quç multis ſolent cõcedi,

cedi,putà piscationes viæ publicæ, exactio vectigalium iam impositorum,cõfiscationes, & his similia, quæ habent multi Comites,& Barones. Et ista intelligentur concessa.

Ponit exemplum prædictorum ad ea meliùs explicanda,sumptum à Duce Sabaudiæ fratrem suum ad Comitatus apicem erigente, concedendo ipsi per uerba generalia,uel similia,Omnem præeminentiam,etc. Princeps quando in præiudicium successoris concedat Regalia. Si Princeps in concessione specialiter sibi reseruat Regalia,quòd per uerba generalia postea posita non derogatur priori reseruationi.

Pone enim, quòd illustrissimus dux noster Sabaudiæ, qui est Vicarius perpetuùs Imperatoris, illustrem fratrem suum ad Comitatus apicem erigeret, concedendo sibi per verba generalia prædicta, vel similia, Omnem præëminentiam, etc. certè non posset cudere monetam, nec legitimare, nec tabelliones creare, aut ad famam restituere, quia ista nunquam fuerunt alijs de domo concessa. Tamen bene haberet iura angariarum pręstationum,& similia,quæ alij habere soliti sunt:licet si fiat concessio Comitatus alij,q nõ sit de domo Sabaudica,ista nõ venirẽt,nisi ꝓbaretur de cõsuetudine cõtraria:et secũdũ prædicta potest intelligi, qđ voluit

Additio Baldi in XII. de pace Const. in uerbo, Possident. aliàs in uerbo, Consueuerunt.

Bald.in pace Constant.in xxxj. col. in verbo, Possident. aliàs, in verbo, Cōsueuerunt. post Cyn.in l. digna vox. C. de legib. qui dicit, quòd Princeps non potest concedere Regalia in præiudicium successoris per cōtractū, vel aliter: quia sicut non potest iura principatus subvertere, ita nec diminuere: nā illud potest intelligi de his, quę concedi non solent, per prædicta: vel etiam, quando talis concessio cederet in maximam diminutionem principatus, per id quod dicam infrà eod.§. versic. limita secundò. Illud tamen dictum Bald. sequitur simpliciter Iason in prælud. in xxvj. colum. Do. aūt Card. ibidem circa med. x. col. intelligit secundum vltimam declarationem suprà datam, licet alleget in verbo, opinioni. Illud etiam dictum Bald. simpliciter sequitur Feli. in c. ad audiētiam. ante fin. ij. col. de præscript. & idem Feli. in c. j. in iij. col. circa fin. in iiij. declaratione, de probat. Quādo aūt tria simul concurrerent, qualitas rei donatæ, persona cui donatur, & donans, clarius esset: ad quod videatur Paul. de Cast. cōsil. ccxxxiiij. incipiente, Notandum est. in j. col. Præmissas tamen limitationes restringe, vt non procedāt, quando Princeps specialiter talia Regalia

galia in alia parte dispositionis sibi reseruasset: nam tunc per verba generalia non videretur in casibus præmissis derogatum priori reseruationi, argum. l. si quis priore. in fin. secundum vnum intellectum, ff. ad Trebel. & l. cùm ita. §. si plures. de lega. secundo. Per quæ iura ita limitat Oldrad. consil. cxxj. in iij. dubio.

Concludit superiùs dicta per anacephaleosim. Item, Papa, uel Imperator possunt infeudare ne dum Regalia, sed etiam alia inferiora feuda, sicut alij inferiores principes: additis etiam quibusdam, quæ ad id probãdum faciũt. Imperator est supra omnem gradum.

Et ex præmissis patet, qui possint in feudum dare dignitates Regales, vel alia iura Regalia, & quomodo cõcedantur, & intelligantur cõcessa. Patet etiã, quòd supremus princeps, putà Papa, vel Imperator, potest infeudare nedum ista, sed etiam alia inferiora feuda, sicut alij inferiores, licet text. in c. j. in princ. qui feud. dare poss. de istis non ponat, quia hoc habuit pro indubitato, vt dicit And. de Iser. in d. c. j. in iiij. col. & Aluaro. ante fi. tertiæ, & domi. Cardin. circa medium secundę. ¶ Et ad istud facit, quod voluit Bald. in l. Imperiũ. in lect. in iij. col. qui dicit, quòd dum glos. ibi & Doct. loquũtur de mero Imperio ma

ximo, intellexerũt solùm de illo, quod competit magistratibus: nõ de illo, qđ competit supremo Principi, quod non est sub regula. ¶Facit etiã, quod volunt glo. & Doct. communiter, excepto Bar. in l. j. in princ. in glo. in verbo, tribuuntur. ff. de offic. eius cui mãd. est iurisd. vbi dum enumerant omnes dignitates & magistratus, non ponunt Imperatorem, quasi sit supra omnem dignitatem. Ita hìc non ponitur de illo, quia est supra omnem gradum: & si alij hoc possunt, multò magis poterit princeps supremus.

Princeps potest infeudare quæcũq; inferiora feuda. Item, Princeps infeudat ciuitates & prouincias.

Et hæc regula ex suprà scriptis recipit vnã ampliationẽ, q nedũ Princeps potest infeudare inferiora feuda, sed etiã alia Regalia: & sic nõ solùm res paruas & viles, sed etiam ciuitates & prouincias: vt pbatur in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clàm. Et ibi põderat Bartol. & c. Abbate sanè. de re iudic. lib. vj. Et ita tenẽt omnes, quos allegabo statim in limitationibus, quas subijciam, & allegant plures rationes & authoritates, quæ possunt videri. Ponit etiam latè Alexand. in v. vol. consil. j. in vj. col. & sequ.

Item

Itē iuriſdictionē in aliqua parte ſui principatus. Iuriſdictiones ſūt ſacra ſacrorū; ideo nō ſūt in marſupio Principis.

Secundò amplia, quòd non ſolùm caſtra & terras, ſed etiam iuriſdictionem in aliqua parte ſui principatus: vt expreſsè vult Bart. conſil. clxxxix. incipiẽte, Ciuitati Camerini. in j. dubio: & Alex. in v. vol. conſ. j. in vj. col. & ſequitur Iaſon in prælud. in xxvj. col. licet Bald. in c. intellecto. de iureiur. videatur velle ſimpliciter, quòd non poſsit: quia dicit, quòd iuriſdictiones ſupremę ſunt ſacra ſacrorum, ideo non ſunt in marſupio Principis, nec poteſt vrbem habere venalem, & ſequitur Felin. in c. ad audientiam. in ij. col. de præſcript. & in c. j. in iij. col. de probat. ſed debet intelligi ſecundũ limitationes præſcriptas, & dicetur aliquid infrà titul. ij. §. j. in ij. ampliatione primę regulæ.

Princeps infeudando nō poteſt à ſe abdicare ſuperioritatem.

Primò ergo limita prędictã cõcluſionẽ, quòd poteſt Princeps infeudare, ſcilicet dum modò retineat ſibi ſuperioritatem: ſed ſi vellet à ſe abdicare, & expropriare omnem iuriſdictionem & ſuperioritatẽ, nõ poteſt. Ita cõcludit Bal. in pręlud. in x. colum. in fin. & ſequitur Mar. Laud. in c. j. in fi. v. col. in tit. q feu.

da.poss.& d.Card. in prælu. circa med. x.col.& Iason ibidem ad fi.xxv.col. Idē voluit Alex. in l. filio, quem pater.ff.de liber.& posth.allegans Bald.vbi suprà, & Imol.in rubrica de verb.obl.& refert se ita consuluisse.Idem etiam tenet Bal. in iij.vol.consil.ccciij. post princip. & clariùs consil.cclxxiiij.

Quando princeps infeudat benemerito, potest à se abdicare omnem superioritatem.

Istud tamen declarandum venit ex mente eiusdem Alex.in d.l.filio, quem pater.nisi ex causa hoc fieret,putà in remunerationem bene meriti. Et istud etiam videtur velle And.de Iser.in c.Imperialem.§.prætereà ducatus.versi.nec dominus.de prohib.feu. alien. per Fre. ad fin.vj. col. Vbi tamen hoc intelligit cum grano salis, quando non potest aliter remunerare illum militem bene meritum,& dicit, quòd tunc dicitur fieri ob publicam vtilitatem. Ipse tamen non aperit ibi,an hoc procedat, quando expropriat in totum,vel solùm quādo in feudum cōcedat. Sed idem,quod suprà, tenet do.Cardi.in dictis prælud. in x.col.

Propter bonum publicum princeps à se abdicat omnem superioritatem.

Vnde

Vnde ego puto exemplum non esse bonum, quia siquis est de Principe benemeritus, satis est si aliunde nō potest recompensare, quod donet in feudum. Puto ergo bonum exemplum esse, quādo fit propter bonum publicum, putà ad pacem acquirendam, vt fit sæpiùs, p l.item si verberatum.§.j. ff. de rei vend. cum concord. & per plenè tradita per glos.& Doct.in c. quæ in Ecclesiarum. de constit.& in l.fin.C.si contra ius, vel vtilit.pub.& in l.j.ff.de consti.princ. cū concord.& bene facit, quod dicam statim in tertia restrictione sequentis limitationis.

Rex, an se uiuo posit filium suum Regē facere. Qui non potest partem abdicare à se, multo minùs poterit totum.

Et istud facit ad quęstionem, an rex possit filium suum facere regem se viuo? Et determinatur, quòd nō, nisi quo ad nomen. Ita decidit Bald.in prælu.ad fin.xj.col. Allegat Archi.in c. obijcit. ij. q. j. Si enim non potest vnam partem abdicare à se sui regni, multo minùs totū, arg.l.videamus. §.iurare.ff. de in lit. iurand. Et hoc, si vult etiam pater remanere Rex, sed si vellet se abdicare in totum regno, an posset? Textus facit, quòd sic, in c. j.de renunciat. lib. vj. In

contrarium tex.in l. penult. ff. de offic. præsid.& in c.nisi cùm pridem. de renũciat.& d.l. penul.& c.nisi cùm pridem. loquuntur in habente superiorem, sine cuius licentia hoc non licet. In Rege autem Monarcha secus, per d.c.j.Et nõ nulli Imperatores cesserunt Imperio, præsertim Diocletianus, & Maximinianus, & multi etiam Reges, vt legitur in historijs. Alias restrictiones ad hanc limitationem ponam in sequenti limitatione.

Princeps res magnas infeudare non potest. Papa non infeudat magnas ciuitates sine consensu Cardinalium.

Limita secundò conclusionem prædictam, quòd Princeps potest rem Principatus sui concedere, dum modò non sit adeo magna, quòd talis alienatio tẽdat ad deformationem Regni, seu Principatus. Ita concludunt communiter Doct.in c.intellecto.de iureiur.vt ibi refert Pan.Ita Bart.in d.l.prohibere.§.planè.ff.qd' vi, aut clàm. & volunt omnes, quos allegaui suprà in præced. limitatione, & maximè Card. in c. j. in princ. in vj.col.circa princip.qui feu. da.poss. Idem Cardin.& Iason in prælud.qui allegant multas quotas, maximè Bald.in

procœm.

procem.C.& in c.licet causam.in v.col. de probat.& in c.in generali.in tit.si de feud.fue.contro.qui tamen in alijs terminis loquitur,vt infrà referã.Allegant etiam Bald.in pace Constant. in verbo, opinioni.aliàs est in verbo, consueuerunt.quem retuli suprà in vers. & secundum prædicta.& Bald.in l. si certarum. in princ.ff.de testa.milit.& Bald.in l.cũ multa.C.de bo.quæ libe.circa med.vbi dicit,quòd Papa magna castra, vel magnas ciuitates nõ potest infeudare sine consilio Cardinalium. Allegat etiam hîc d.Car.Io.And.in c.grand. de suppl. negli.prælat.lib.vj. & multa ex istis adducit etiam Feli.in c.ad audientiam. in j.& ij.col.de præscript.& in c.j. in iij.colum.de probat. vbi allegat Oldrad.in consil.xciiij.ad fin.& in d.c. ad audientiam.Allegat Alb.in procem. ff. in §. discipuli. in iiij.colum.& seq. vbi concludit, valuisse donationem factam per Regem Aragonum filijs secundæ vxoris in præiudicium primogeniti,quia non diminuebat enormiter vires Regni: & ille est casus, in quo consuluit Oldrad. quem suprà retuli. Allegat etiam Feli. Ana.consil.octuagesimumprimum,qui consuluit,valuisse donationem certarum terrarum & villarum in territorio

Aſtenſi factam per illuſtriſ.Ducem Mediolani,licet ſit Vicarius Imperialis. Idem etiam voluit Ioan.Ray.in c.imperialē. in princ.in iij.col. de prohib.feu. alien. per Fred. Allegat inter cætera Spec.in tit. de inſtru. edit. §. nunc autē videndum.in fin.& Bald.in j.volu. con ſil. cclix.circa princ.iiij.col.

Quæ dicatur res magna,eſt arbitrarium.

Et quæ dicātur res magnæ,relinquetur arbitrio Iudicis, attenta qualitate principatus eius,qui donat,arg.gl. in l. ſed & ſi iuſti.ſuſceperit. §. j.ff. de iudic. & in §.ſed ex his legibus.in verſicul.facultates.Inſti.de Attil.tuto.& per Bart. & alios in l.ſi conſtante. in princ. in repet.in quæſtionibus primæ partis,ff.ſo lut.mat. Et ponit expreſsè Alexa.in v. vol.conſil.j.in vj.col.& ſequenti, & cla riùs Pan.in ij.vol.conſil.iij. in xxj. col. in xxvj.dubio.

Princeps non poteſt principatum ſubijcere alicui ſeruituti.

Attenderetur etiam magna diminutio,ſi Rex,vel Princeps vellet Principatum ſubijcere alicui ſeruituti: nam hoc non poteſt,vt pulchrè dicit do.Card.in c.j.§.quid ergo.circa princip. in titu.de inveſti.

investi. de re ali. fac. Allegat Bald. in l. exequutorem. in fin. col. C. de exec. rei iud. Oldrad. consil. ccxxxj. incipiente, Vt eius, de quo quæritur. in fin. & Alua. in eod. tit. §. econtrario. Et in argumentum adducitur glos. in c. j. de capit. Cõrad. & quod no. Can. in c. dilecti. de maior. & obed. & Bald. in procem. ff. in vij. colum.

Donatio immensa per Principem secularem Ecclesiæ Romanæ fieri potest. Donationes factæ, Syluestro per Constantinum, Ecclesiæ per Ludouicum, ualuerunt.

Prędicta tamen limitatio recipit nõnullas notabiles restrictiones. Primò enim restringitur dicta limitatio, vt nõ valeat talis immensa donatio, nisi fieret per secularem Principem, putà Imperatorem, vel Regem Ecclesiæ Romanæ. Et super hoc fundatur opinio tenentiũ valuisse donationem, quæ dicitur facta per Constantinum Syluestro: de qua in c. Constantinus. xcvj. dist. & in c. fundaměta. de elect. lib. vj. & aliam donationem Ludouici, de qua in c. Ego Ludouicus. lxiij. dist. Nam communiter tenetur, quòd tales donationes valuerint. De quo multas remissiones ponit Alexand. in l. filio, quem pater. in princ. in vltim. col. ff. de lib. & posth. & in v. vol.

consil.xxiiij.in vlt.colum.& Felin.in c. solitæ.ad fin.de maior.& obed.vbi multa dicit de illa donatione Constantini, & quòd nūquam fuit facta, & vnde fuit auctum patrimonium Ecclesiæ. ¶Hanc limitationē in specie ponit Car. in prçlud.in x.col.& And.de Iser.in c. j.in vj. col.q feud.da. poss. vbi etiā multa dicit de illa donatione.Et ista restrictio cadit sub limitatione præcedenti,quia Imperator in totum expropriauit. Et ita exprefsè declarat do.Card.vbi suprá.

Princeps (regnicola scilicet & superior in regno) infeudat rem magnā sibi aliunde obuenientē, dum modò non fuerit incorporata cum regno. Incorporatum quomodo dicatur, remissiuè.

Secundò restringi potest,& declarari prçdicta limitatio, quòd princeps non potest infeudare rem magnam, scilicet si est de suo Principatu, putà de regno: sed si aliūde illi obvenit, tūc videtur, q, posfit de illa liberè disponere: putà si regi Francorum obvenit aliquis Comitatus extra regnum, vt est Prouincia. Ità singulariter limitat Pan.in ij. vol. consi.iij.in xxvj.dubio,in xxij.col. quod ego intelligo, nisi sit incorporatiuus regno,p doctrinā Bart.in l.si cōvenerit. §. si nuda.ff.de pig.act.cū cōcord. traditis

per

Alex.ibi, & in ij. vol.consil.clj.in iij.colum.& per Barba.in j.vol.consil. iiij. in ij.dubio, & consil.lxxxviij.in penult.& fin.colum. Et quomodo incorporatũ dicatur, patebit ex his, quæ dicetur infrà eo.§.in iij.declaratione secundæ regulę. ¶Item intelligo, quantũ ad regnicolas, vel superiores in Regno: quantũ autem ad ipsos comitatẽses & superiores in comitatu, cadit sub alia quęstione, de qua remissiuè infrà in vers.tertiò principaliter intellige.

Princeps sine causa non alienat rem magnam.

Tertiò restringitur, & declaratur limitatio prędicta, quòd nõ valet alienatio, seu infeudatio rei magnæ, nisi subsistat causa. Ita limitat do. Cardin.in d.c.j.circa princ.vj.col.qui feu.da.po. Et in pręlud.circa mediũ x.col. allegat Paul. de Castro consil.clxxx.incipiente, In facto præsenti.& dicit esse de mente Archid. in c.non licet.xij.q.ij.Bald.in l.penult. C.de bon.quæ lib. & in iij. vol. consil. ccciij. circa princip.& ponit Felin. in d.c.ad audientiam. de pręscript.in j.& ij.col.

Causa legitima quæ dicatur.

Sed circa hoc est multùm advertendum, qualis dicatur esse causa legitima, & an præsumatur in principe

causa, maximè si eam exprimat in concessione. Et quidem ex præmissis appa ret, quòd debet esse causa publicæ vtilitatis, & dicitur satis publica vtilitas versari, si conceditur alicui de Republicà benemerito, vt dixi suprà circa declarationem primam primæ limitationis. Vnde si donaret suis propinquis, vel alijs domesticis, qui suę personæ priuatim aliquod obsequium præstitissent familiare, non tendens ad publicam vtilitatem, non videtur rationabilis causa, vt expresse vult Archid. in d.c. non liceat. xij. q. ij. & Bal. in d.l. penult. de bo. quæ lib. quos refert Feli. in d.c. ad audientiam. in princ.

Causa legitima in principe quando dicatur subesse. Papa, qui alienando infert scādalum uniuersali Ecclesiæ, potest deponi.

Sed difficultas est intelligere, quando dicetur subesse causa: circa qd' breuiter dico, quòd aut notorium est, ꝙ nulla subest causa, vt quia Princeps, puta Papa, cognatis, vel filijs suis secundum carnem nullis præcedentibus meritis vult infeudare notabile membrum patrimonij beati Petri, & tunc non valet talis infeudatio: quinimo si Papa esset incorrigibilis, & per hoc inferretur scādalum

dalum vniuersali Ecclesiæ, posset deponi, vt pulchrè vult Pan. in c. cùm venissent. de Iudic. in iiij. col. & refert Feli. in d. c. ad audientiam. ¶ Aliquando est certum, quòd causa subest: putà, quia ille, cui conceditur feudum, notoriè defensauit Ecclesiam suo sumptu: & tunc etiam res est clara, quòd hoc potest fieri, & maximè in omnibus casibus, in quibus dicam infrà licere hoc Prælatis inferioribus. ¶ Aut verò sumus in dubio, quia potest subesse causa, & non subesse: & tunc dicit Pan. vbi suprà, quòd in dubio causa præsumitur. Et idem vult Pan. in j. volu. consil. xlj. in penult. col. But. & Pan. in c. constitutus. de relig. dom. Quos refert & sequitur Felin. in c. quę in Ecclesiarum. in princ. xvij. col. de consti. vbi etiam allegat Gemi. & c. j. x. dist. Felin. verò in d. c. ad audientiã. dicit, quòd in hoc voluit blandiri Papę, quia ipsemet Pan. in c. quæ in Ecclesiarum. de constit. in vltim. colum. voluit, quòd vbi ex facto Papæ scandalizatur Ecclesia, non præsumitur in eo causa. Sed non meruit Panor. propter hoc reprehendi, quia in d. c. quæ in Ecclesiarum. loquitur, quando cõstat non subesse causam, sed in d. c. cùm venissent. loquitur, quando potest subesse causa: &

Panormitanus excusatur.

iſtammet diſtinctionem poſuit Feli. in d.c.quæ in Eccleſiarum.in xxij.colum. cum ſeq.in v.concluſione, cum ſuis limitationibus.

Si in conceſsione Princeps adhibet conſilium Baronum, tunc in eo præſumitur cauſa. Rex non poteſt diſponere de rebus ſui regni ſine conſenſu maioris partis Baronum, ſi de maioribus rebus diſponit, quæ tendunt in magnum præiudicium regni.

Vnde poſſet dici,quòd aut Princeps, vbi poteſt cauſa ſubeſſe, adhibuit ſecũ conſilium Procerum:putà,Papa Cardinalium,vel Imperator ſuorum Baronũ, & tunc præſumitur cauſa. Et hoc eſt, quod dicunt Archid.& Bald.ſuprà allegati,quòd in alienatione rerum magnarum requiritur cõſenſus Cardinalium. Et ſequitur Felin.vbi ſuprá. Et eodem modo etiam poteſt intelligi, quod voluit do.Cardi.Zaba. cõſil. ccxxxviij. in ij.charta,quem refert Pan.in d.c.ad audientiam.in ij.col.qui vult, quòd Rex non poteſt diſponere de rebus ſui regni ſine conſenſu maioris partis Baronum:nam debet intelligi,quando de maioribus rebus diſponit,quę tendunt in magnum præiudicium regni,ad hoc vt præſumatur rectè feciſſe,& ex legitima cauſa.

Ad

Ad ualiditatem concessionis factæ à Papa non requiritur consensus Cardinalium, licet de honestate debeant adhiberi. In arduis de honestate Papa adhibere debet consilium Cardinalium.

Nam quantum ad validitatem actus, non videtur necessaria presentia Cardinalium, vel Baronum, licet de honestate debeant adhiberi: vt in proprijs terminis nostris determinat d. Card. in c. j. in j. col. in tit. Epis. vel Abb. vbi loqtur tãtùm in Papa. In Imperatore aũt & in Papa idem tenet Paul. de Castr. consil. cclxxxiiij. in iij. col. Et videtur esse magis communis opinio, quòd etiam in arduis de honestate tantùm debeat Papa adhibere consilium Cardinalium, vt voluit Pan. in c. & gestis. de cleric. non resid. & Iason multa ponit in l. placet. C. de sac. sanct. Ecclesi. in iij. col. & dom. Card. Alex. in c. licet ipse Ias. in dictis prælud. simpliciter sequatur dictum Archid. & Bald. suprà allegatum. Et per multa hoc tenet Barbat. in j. vol. consil. j. in vij. col. & seq.

In concessione facta à Principe seculari, necessariò non requiritur consensus Baronum. Consensus Cardinalium interponitur in alienatione rerum magnarum à Papa fienda, non quòd sit de necessitate, sed ne esset suspicio dilapidationis. Quod fit cum consilio sapientum, id præsumitur factum sine fraude.

Similiter etiam in principe seculari, quòd nõ sit de necessitate, probatur in l.humanum. cum ibi nota. maximè per Bald. C. de legib. Vnde saluari possunt prædicti, quòd tunc præsumatur causa, vt prædixi. Et illud est satis de mente Bal. in iij. vol. cõsil. cclxxiiij. circa med. vbi videtur velle, quòd debet interponi consensus Cardinalium, ne esset suspicio dilapidationis, nõ quòd sit de necessitate. Et tangit aliqualiter Ias. in c. j. in princ. ij. col. qui feud. da. possunt. Et ibi clariùs Bal. in princ. ij. col. qui dicit, quòd illud pręsumitur factum sine fraude, quod fit cum consilio sapiẽtum. Bene facit text. in l. transactione. & quod ibi notant Doct. maximè Mod. C. de transact.

Causa quæ tempore concessionis interuenire poterat, si exprimitur, præsumitur.

An verò non intervenit consensus Cardinalium, vel Procerum, & tũc aut exprimitur causa, quæ tempore concessionis potuit intervenire, & adhuc pręsumitur, sicut præsumitur in inferiore, vt habetur in c. ea noscitur. per Cardin. But. & Pan. de his quæ fiunt à Pręlat. & latè per Feli. in c. sicut. in xv. col. versic. fallit primò. de re iud. per Alexand. & Moder. in l. sciendum. de verbor. obl. cũ concord.

concord. Et ita etiam loquitur Paul. de Cast. in d. consil. ccclxxxiiij.

Quãdo Papa dat de bonis unius Ecclesiæ alteri, præsumitur causa.

Aut verò allegantur causæ, quæ non potuerunt tunc intervenire, vel nullæ enunciantur causę in concessione: & isto casu aut Papa largitur de bonis vnius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ, & adhuc præsumitur causa. Ita loquitur Felin. in d. c. quæ in Ecclesiarum. in xvij. col. & Doct. quos ipse ibi allegat.

Quando conceduntur res Principatus coniunctæ personæ, seu propinquæ, non præsumitur causa legitima in concessione: quemadmodum neque tunc præsumeretur legitima in concessione causa, si infeudaret personæ nõ quidem sanguine coniunctæ, sed magna amicitia & affectione, ex honesta, uel turpi causa præcedenti. Iudex ita recusatur propter magnam amicitiam, sicut propter coniunctionem sanguinis.

Aut verò Papa, vel alius Princeps supremus largitur de bonis sui Principatus alicui personæ priuatæ: & tunc aut concedit personæ coniunctæ, & non præsumitur: quia licet insurgat vna pręsumptio ex dignitate, tamẽ propinquitas personæ in re tam magna, facit insurgere aliam, l. data. C. de donat. & l. penul. circa princ. ff. de bon. lib. & Bart.

in l.post contractum.in ij.col. de dona. & in l.quæ dotis.in v.col.ff.solut. Et ibi aliquando dixi post Alexand. & Moder.allegando concord. Et ista præsumptio tollit aliam,l.diuus.ff. de in integ. restit.Bald.in l.siue possidetis. in fi. C. de proba.cum similibus:maximè, quia ista fundatur in iure & ratione naturali, & illa in causa accidentali: & naturalis est semper potior, leg.qui habet.in princip.ff.de tutel.cum concord. Et in istis terminis videtur loqui Archid. in d.c.non liceat.xij.q.ij.& Bald.in d.l.penult.C.de bon.quæ lib.Et eadem præsumptio insurgeret,quando infeudaret personæ non coniunctæ sanguine, sed magna amicitia & affectione,ex honesta vel turpi causa pręcedenti, quia est eadem ratio,per ea quę volunt glo.in l. sed & hoc.ff.de procur. & in c.requisisti.vbi latè Moder.de testa. Cy. & Sali. & Moder.in l.exigendum. C. de procurat.Barb.in l. cùm acutissimi. in xvj. & lxj.col. C.de fideiuss.& in ij. volum. consil.iij.in v.& xiiij.colum. Et licet ista æquiparatio consanguineorum ad valde amicos fortassis non procederet in casibus, in quibus loquuntur glos. & Doctores præallegati, scilicet in casu d.l.exigendum.& d.l.cùm acutissimi.

tissimi. quia ibi non consideratur sola affectio, sed etiam coniunctio, quæ habet perpetuam causam: tamen hoc, vbi cõsideratur sola affectio, sine dubio procederet, sicut videmus in iudice, qui ita recusatur propter magnam amicitiam, sicut propter coniunctionem sanguinis: vt plenè traditur per glos. & Doctor. in c. sanè. & in c. suspicionis. de offic. deleg. & in c. cùm speciali. de appel. cum concord.

Inter personas prohibitas & suspectas non præsumitur pro causa, etiamsi allegetur.

Et faciunt ad prædicta, quæ concludit Alex. post alios, in l. si donatione. in iij. col. de collat. & in j. volum. consi. lv. in ij. col. in fin. cum sequ. & consil. cj. in iiij. col. in quibus locis traditur, quòd inter personas prohibitas & suspectas non pręsumitur pro causa, etiamsi allegetur.

Item non præsumitur causa, quando esset solitus taliter infeudare plura patrimonialia. Princeps non potest principatum suum deducere ad nihilum.

Eadẽ insurgeret suspicio, quãdo Princeps solitus esset plura patrimonialia taliter infeudare: quia licet per vnicã alienationem nõ diminueretur in immẽsum principatus, tñ multis cõcurrẽtib. præsumeretur faciliter cõtra eũ, ar. l. nõ

omnes.§.à barbaris.ff. de re mil.& sicut dicitur de solito fœnerari, in c. illo vos. de pig.& in c. ad nostram. de empt. & vend. cum concord. Et istud est de mente Bald. in prælud. in x. col. & aliorum, qui dicũt, quòd Princeps non potest alienare, asignando rationem, quia sic esset in potestate sua, deducere suũ Principatum ad nihilũ. Et expresſiùs And. de Iser. in c. Imperialem. §. præterea ducatus. super vers. nec dominus feudi. in iij. col. de prohib. feud. alien. per Frede. & Mart. Laud. in c. j. in princ. qui feud. dare possunt. in fin. v. colum. do. Cardi. in prælud. in ix. col. cum sequ. & Ias. ibidem in xxvj. colum.

Princeps potest infeudare ea, quæ sunt de dominio suo, scilicet nisi faceret crebras infeudationes, ex quibus simul iunctis eneruaretur suus Principatus.

Et ista potest esse tertia limitatio ad principalem conclusionem, quę habet, quòd Princeps potest infeudare ea, quę sunt de dominio suo, scilicet nisi faceret crebras infeudationes, ex quibus simul iunctis eneruaretur suus Principatus. Et faciunt, quæ dicentur infrà §. proxim. in nona limitatione primæ regulæ.

Item non præsumitur causa, quando infeudauit constitutus in infirmitate.

Item

Item alia ſuſpicio poſſet inſurgere, ſi in graui infirmitate conſtitutus, vel etiã paulo antè, quàm beneficium reſignaſſet, cùm iam de reſignando tractaret, infeudauit, per ea quæ dicam infrà eod. §. tertio, in iij. ampliatione.

Ceſſante ſuſpicione ex coniunctione perſonarum, uel ex conſuetudine alienandi, aut alia ſimili cauſa, præſumenda eſt cauſa in Principe, & ſtandum eſt ei, ſi aliqua poteſt excogitari, quæ ſit legitima.

Si verò ceſſat ſuſpicio ex coniunctione perſonarum, vel ex conſuetudine alienandi, aut alia ſimili cauſa, tunc fac concluſionem, quòd in principe præſumenda eſt cauſa, & ſtandum eſt ei, ſi aliqua cauſa poteſt excogitari, quæ ſit legitima. Et ita intelligatur dictum Pan. in d. c. cùm veniſſent. de iudic.

In principe diſponente motu proprio, non autem ad ſupplicationem partium, præſumitur cauſa. In alienationibus, quæ fiunt ex contractu, nõ cadit proprius motus, & requirunt conſenſum utriuſq; partis.

Quam primò tamen intelligo, quando diſpoſuiſſet motu proprio: ſecùs, ſi ad ſupplicationem partis: quia tunc in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, vt alienatio rerum magnarum, nõ præſumeretur cauſa, vt pulchrè tradit Ro. conſil. ccccxxxvj. & ſequitur Felin. in

d. c. quæ in Ecclesiarum. in xxiij. col. in vers. limita quintò, etc. Sed Paul. de Cast. in d. cõsi. cclxxxiiij. in hoc dicit cõtrarium, quantum ad alienationes, quę fierent ex contractu: quia in istis non cadit motus proprius, cùm requirant consensum vtriusque partis, l. j. §. conventionis. ff. de pact. Et puto, quòd dicant verum, quo ad alienationes, quæ fiunt titulo oneroso: sed restrictio prædicta procedat, quo ad concessiones, quę fiũt titulo lucratiuo, & ex mera gratia.

Licet in Principe præsumatur causa, tamen potest probari contrarium. In his, in quibus Papa habet plenitudinem potestatis, statur eius uerbis narratiuis. Papa licet in beneficialibus habeat plenitudinem potestatis, non tamen circa bona Ecclesiæ Romanæ, uel aliarum Ecclesiarum hanc potestatem habet liberam, sed regulatam iure & ratione. Coram quo fiet, & quomodo, talis probatio & retractatio causæ, remissiuè.

Item secundò intellige, & restringe, nisi ꝓbaretur de cõtrario: quia fortè ꝓbaretur, causam expressã fuisse falsam, vel fuisse motum principem ex affectione inordinata, non aliqua ratione legitima. Moueor per id, quod in simili volunt Hostiens. & Pan. in c. illud. de præsumpt. Cald. Lap. & Gemi. in c. ordinarij. §. j. de off. ord. lib. vj. & cũ alijs cócor. adductis per Fel. in d. c, sicut. in xix. col. vers.

verſ.tertiò adverte.& in xxj. col. verſic. vij.& vltimo. Nec obſtat, ſi dicatur, ꝗ quando Papa narrat aliquid ſuper quo fundat, præſumitur pro verbis ſuis narratiuis, ita vt non poſsit probari contrarium, per text.in Cle.j.de probat. quia ad hoc reſpondeo, quòd ille tex. loquitur, & procedit in beneficialibus, & in his, in quibus Papa, ſeu Princeps, habet plenitudinem poteſtatis. Ita eſt de mente Pan.in d.c.ad audientiā.de pręſcript. & ibi latè Feli.in iij.col.in fin.cum ſeq. verſ.dum dicit Abbas. vbi allegat alias plures concord. Certum eſt autem, ꝗ Papa, licet in beneficialib.habeat plenitudinem poteſtatis, c.propoſuit.de cōceſs.præben.c.ij.in princ.de prębēd.in vj.cum multis cōcord.adductis per Felin.in d.c.quę in Eccleſiarum.de cōſtit. in xv.col.verſ. recipit modò hoc membrum. ¶Tamen circa bona Eccleſię Romanę, vel aliarum Eccleſiarum non habet hanc poteſtatem liberam, ſed regulatam iure & ratione, vt concludūt glo. Archi.& Domi.in c.j. x.q.j.Et alias plures concord.adducit Felin.vbi ſuprà, in fi.xvj.col. Et coram quo, ſeu quomodo fiat talis probatio & retractatio, patebit ex infrà dicendis, in ſequenti reſtrictione, in verſ.tamen puto, quòd ſucceſſor.

Princeps derogando dispositionibus probibentibus alienationes, potest alienare, & quando hoc sit uerum. Papa potest inuenire nouum casum alienationis præter expressos in iure. Papa non ligatur Canonibus, nec iure positiuo. Papa habet totalem dispositionem in rebus Ecclesiarum.

Tertiò restringe prædictam limitationem, nisi princeps deroget iuribus præmissis, prohibentibus alienationes excessiuas: quia non potuerũt illarum conditores ligare successores. Istud est de mente Bald. in c.j. ad fin. princip, in tit. qui feud. dare possunt. & glos. in d. c. non liceat Papę. ij. q. ij. & ibi Archid. post Ang. dicit, quòd Papa potest invenire nouum casum alienationis præter expressos in iure. Idem etiam vult Pet. de Ancha. consil. cccxj. incipiente, Tres domini magnifici. in iij. col. cum limitatione tamen, dũ modò apponatur clausula, Non obstante. & Paul. de Cast. in consil. cclxxxiiij. incipiente, in facto præsenti. in ij. col. ¶ Dum tamen non tẽdat in notoriam dilapidationem: nec requirit ipse clausulam, Non obstante. Idem expresiùs tenet Pan. in c. cùm venissent. in ij. col. de iud. quem retuli suprà, dum vult, quòd semper præsumitur indistinctè causa, & talis alienatio effectualiter valebit, quia nemo potest dicere,

dicere, quòd non fuerit legitimè facta. Et idem etiam volunt omnes illi, qui dicunt, quòd talis alienatio in foro conscientiæ non excusat Papam: nam sentiunt, quòd in foro contentioso valeat, maximè Pan. in consil. xlj. incipiẽte, Videndum est in effectum. in penult. col. Et pro ista opinione facit, quia Papa nõ ligatur Canonibus, nec iure positiuo, vt vult glos. in c. j. in vers. omnibus. & ibi latè Felin. in viij. col. de cõstit. vbi tamen ponit quasdam declarationes, & restrictiones ad illam cõclusionem, quę nõ videtur cadere hîc. Itẽ & quia Papa habet totalem dispositionẽ in rebus Ecclesiarum, c. per principalem. ix. q. iij. & c. ij. in princip. de præbend. in vj. & latè per Feli. in c. quæ in Ecclesiarum. in xv. col. versic. recipit modò hoc secundum membrum cum sequentibus. de consti. vbi refert dictum Petr. de Ancha. in d. consil. & illud ibi sequitur in princip. xvij. col.

Non præsumitur tunc causa in Papa, ex quo alienatio scandalizat Ecclesiam uniuersalem. Papa ligatur constitutione prohibitiua alienationis rerum Ecclesiæ.

Tamen ipsemet Felin. in d. c. ad audientiam. de prescript. tenet contrariũ, dicens, quòd non presumitur tunc cau-

ſa in Papa, ex quo talis alienatio ſcandã lizat Eccleſiam vniuerſalem. Item & quòd Papa ligatur conſtitutione prohibitiua alienationis rerum Eccleſiæ, allegat Egi.Bell.deciſio.xij.incipiẽte, primò quęritur.in iij.col.

Caſus aliquot in medium proponuntur, quibus alienatio prædicta ſecundũ do.Card.nõ ualet, ubi loquitur de pẽſione ſuprà debita per Principem remittenda.

Item do.Card.in c.j.in princ.qui feu. da.poſſ.poſt princ.vj.col. ponit quinq; caſus, in quibus dicit, talem alienationem non valere, & loquitur, quando Princeps remittit penſionem ſuprà debitam. ¶Primus caſus, quando non tenentur, etiam ſubdit, quia eſt tanta remiſsio, quòd non poterit poſtea defendere regnum, ſeu principatum. Allegat Bald.in c.licet cauſam.de probat.& Légiſtas in proœm. ff. & c.j.in princip.de prohib. feud.alie.per Frede. ¶Secundus, quando ille alienans haberet Principem ſuperiorem. Allegat d.c.j.& c.ad Apoſtolicæ.de re iud.lib.vj. ¶Tertius, quando præiudicaret ſucceſſori. Allegat l.j.in princ.ff.de conſtit.princ.& in l.tranſactionem.C. de tranſact. & Alb. in l.j.ff.de offic.procur.Cæſar. ¶Quartus, quando ille alienans priùs iuraſſet non alienàre, nec diminuere iura Principatus.

cipatus. Allegat d.c. intellecto. de iureiurand. ¶Quintus casus est, quãdo detegeretur Principem fuisse grauiter læsum, scilicet vltra dimidiam iusti pretij. Allegat And.de Iser.in c.j.in v.col.de capit.qui cur. vẽd. Extra istos casus dicit alienationem etiam multã præiudicialem valere, si fiat ex certa scientia, & sine clausula, Non obstante.

Examinat casus præcedentes à do.Card.allatos.

Quę quidem doctrina non multùm placet, quia primus & tertius casus sunt sub regula. Est enim impossibile, quòd fiat talis alienatio, quin præiudicet subditis & successori, si teneat. Item secundus casus est indubitatus. Quartus verò non procedit, quando apparet de mente concedentis, quòd vult liberaliter donare.

Princeps per uiam constitutionis generalis potest alienare, & quomodo hoc procedat. Princeps non potest ligari, aut lege sua, aut lege sui prædecessoris.

Sed pro intelligentia pręmissorũ potest dici, quòd aut Princeps vult per viã constitutionis generalis inducere vnum nouum casum alienationis licitæ vltra casus à iure expressos, aut eis similes: & tunc sine dubio potest. Ita loquitur Hosti.in d.c.nõ liceat, & q eum

ſequuntur,quia non poteſt ligari Princeps lege ſua,nec etiam lege ſui prædeceſſoris,vt concludunt omnes in d. c.j. de cõſtit.& in c.quę in Eccleſiarum.eo. tit.& in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtil.public.cum concord.

Lex generaliter facta quo ad uerba, & reuera facta in fauorem certarum perſonarum ad ualidandum aliquam alienationem ſpecialem,eadem habetur cum reſcripto particulari.

Si tamen illa lex fuiſſet facta generaliter,quo ad verba, & revera fuit facta in fauorem certarũ perſonarum ad validandum aliquam alienationem ſpecialem,tunc idem iudicaretur,quod de reſcripto particulari, vt probatur in l.j. §.fin.& ibi glo.ff.de except. doli. Ponit Bar.in l.omnes populi.in vlt. q.v.quæſtionis principalis.ff.de iuſtit. & iur.cũ multis concord.adductis per Mod.maximè Iaſonem,in l. j. ff. de legib. & per Felin.in c.Eccleſia S.Marię.in xlvj.col. in xviij.q.& in c. cũ omnis.circa princ. de conſtit.

Quod fit ad poſtulationem iſtius, in quem fuit facta alienatio, id præſumitur, uel ex eo ſolo, cum fraude factum.

Et quando conſtaret,quòd fuiſſet facta ad poſtulationem illius, in quẽ fuit facta

facta alienatio, præsumeretur ex hoc solo fraus: glos. est in l. j. C. de bo. vacant. lib. x. & ibi Bart. qui etiam tangit, an in dubio prę sumatur facta motu proprio.

Quando Princeps alienat per uiam constitutionis, & motu proprio, semper iusta causa præsumitur in eo.

Et isto casu, quãdo motu proprio, & per viam constitutionis, præsumitur semper iusta causa in principe, vt voluit Bart. quem alij sequuntur, in d. l. fin. in iij. quæstione, C. si contra ius, vel vtil. publ. & Innoc. quem cæteri Canonistę etiam sequũtur, in c. quãto. de consuet. Ponit Barbat. in j. volum. cõsil. xlvij. in xxvij. col. & consil. lj. in xxxij. col.

Quid iuris sit, si per uiam rescripti fiat.

Si verò fiat per viam rescripti, & tunc aut rescriptum fit in forma communi, & puto, quòd non valeat, per d. c. non liceat. & per c. nonnulli. in princip. de rescript. cum ibi nota. per glos. & Doct. Et procedunt, quæ suprà dixi de præsumenda causa in Principe, & hoc expressè vult Bart. in consil. clxxxix. incipiente, Ciuitati Camerini. in ij. dubio, nisi appareret de certa scientia Principis. Et ponit exemplum, quando Papa confirmat alienationes, quas fecit existens Cardinalis. Aut verò habet clausulam

derogatoriam, & tunc subdistinguo, quia aut alienatio est tanta, & tam temeraria, quòd nulla potest cauillatione excusari, & adhuc puto, quòd non valeat, quia tunc dicitur dilapidator, non Augustus, vel Princeps. Ita loquuntur Doct. in procemio ff. & alij, qui disputant de donatione facta per Constantinum beato Syluestro. Et faciunt, quæ habentur per Doct. maximè Mod. in l. is, cui bonis. ff. de verbor. oblig. dum loquuntur de notoriè prodigo. ¶Aut verò non est tanta notorietas, sed potest talis infeudatio aliqua ratione excusari, & tunc videtur, quòd valeat: ita loquuntur Archid. Pet. de Anch. & alij suprà alleg.

Si in concessione apponitur clausula generalis derogatoria in genere, an sufficiat? item, an sufficiat apparere de certa scientia ipsius principis etiam sine illa clausula? Vbi actus non potest aliter ualere, præsumitur Princeps uti uoluisse plenitudine potestatis.

Nunquid autem sufficiat clausula derogatoria in genere? & an sufficiat apparere de certa scientia ipsius Principis etiam sine illa clausula, recurrendum est ad materiam d.c. nonnulli. & quæ ibi latissimè tradit Felin. Ad quæ dicta idē Felin. in materia alienationis, de qua loquimur, se refert in d.c. quæ in Ecclesiarum.

clesiarum.in xvj.col.& seq. Et ex ibi dictis apparebit, an sit verum, quod voluit Paul.de Castr.in d.consil.cclxxxiiij.qui dicit, quòd vbi actus nõ potest aliter valere, præsumitur Princeps voluisse vti plenitudine potestatis: quia hoc non procedit ita simpliciter, nisi appareret de certa scientia Principis, vt proximè dixi.

Successor potest reuocare alienationes prædecessoris, dicendo, ipsum circumuentum.

Tamen puto, quòd successor poterit tales alienationes revocare, dicendo, suum prædecessorem fuisse deceptum & circumventum: nam sicut potuit ille derogare Canoni prohibenti alienationem, ita etiã iste successor poterit dicere hanc alienationem fuisse subreptitiam:& eius dicto stabitur. Bene facit text.in c.tum ex literis. & quod ibi no. de in integr.restitut. vbi Papa restituit aduersus sententiam sui prædecessoris, allegando, illi fuisse subreptum. Et bene faciet, si quod viderit temerè & sine causa rationabili factum, ipse recta censura compescat:licet malè faceret, si causam confingeret, vt dicetur infrà in tit. de feu.amiss.§.j. & secundum præmissa procedat consilium Egi.Belle. quod allegat Feli. vbi suprà, etiam ipsemet, qui

alienauit,poterit contravenire, vt concludunt communiter Doctor. maximè Pan.in d.c.intellecto.de iureiur. ff. per glo.in l.iubemus.§.sanè.C.de sac. sanc. Eccles. cum concord. in quibus locis traditur, quòd hoc procedit etiā si ipse iurasset,interim tamen tenebit alienatio:nam licet dicatur esse damnosa, & ipse Princeps dicatur dilapidator,vt dicit Paul.de Castro in d.cōsil.cclxxxiiij. tamen ante quàm de hoc cognoscatur, & quamdiu toleratur, valent gesta per eum,&nemo potest illi resistere,nec potest negari,quin habeat potestatem derogandi constitutioni prædecessoris,secundum ea,quæ habentur in c. veritatis.de dol.& contum.& in c.fin. de accusat.cum concord.

Papæ alienanti non potest de facto resisti, sed bene uerbo & demonstrando quandiu toleratur, licet possit deponi.

Et illud,quod dicit Paul.de Castr. in d.consil. cclxxxiiij. quòd potest Papæ in faciem resisti,quando dilapidat, intelligo,quia si notoriè scandalizaret Ecclesiam,posset deponi, vt dicit Pan. in d.c.cùm venissent.de iud.vel resisti,scilicet verbo,& demonstrando,provt fecit Paulus Apostolus Petro,vt in c.Paulus.

lus.ij.q.vij.quem text. allegat Paul. de Cast.vbi suprá.

Consilium subest Papæ. Papa pertinaciter nolens acquiescere consilio,potest deponi.

Vel per consilium generale citra depositionem Papę, non quidem eum cogendo,cùm ipsum consilium subsit Papæ,secundum communem conclusionem,vt latè per Feli.in c.j.in viij. col.in iij.ampliatione,de constit. tamē potest eum ad hoc inducere, & si pertinaciter nollet acquiescere consilio, posset deponi,vt prædixi.

Authoritate priuata alicuius inferioris,an,& quando posit Papæ resisti? Quando alienatio principis parat irreparabile præiudicium,& notorium esset, illam esse illicitam,illi poterit de facto resisti.

Authoritate autem priuata alicuius inferioris,ab eo non posset illi resisti,& multo minùs,si hoc consilio non licet. Quod puto verum, nisi esset alienatio talis, cuius exequutio contineret præiudicium irreparabile, & notorium esset,illam esse illicitam,putà si Papa vult alicui potenti infeudare magnum fortalitium,vel Comitatum,quod si semel ille còntineret,non posset postea ab eius manibus sine magna difficultate au ferri: tunc enim licitum est alicui priua

to domino, vel Reipublicæ resistere de facto, si potest, ne ille habeat possessionem. Moueor per id, quod notant Cano. in c. si quando. de rescript. maximè Mod. in l. vt vim. post glo. ff. de iustit. & iure. vbi aliquando scripsi in mea repetit. in x. col. vers. sum in tertia parte. Volunt enim, quòd vbi superior vult afferre præiudiciũ irreparabile, licitũ est resistere de facto. Moueor etiam per id, quod dicit Paul. de Castr. & sequuntur Mod. in l. ij. C. de edicto D. Adr. tol. & latiùs Alex. in l. naturaliter. §. nihil ciuẽ. in xvj. colum. in v. fall. ff. de acquir. possess. & Pan. in c. veniens. in ij. col. de testibus. & Feli. in c. cùm super. in penult. column. de re iud. Et licet Papa excommunicaret, debet humiliter talis excommunicatio tolerari, nec ligat quoad deum, si recta sit conscientia, & fiat ad bonum publicum, concurrentibus præmissis, vt in c. literas. de restitut. spoliat.

Aliquis iudex non potest infringere alienationem excessiuam factam per principem, nisi per rescriptum esset facta rescindibilis.

Item nec aliquis iudex, vbi constaret de mente ipsius Principis, provt suprà, posset infringere talem cõtractum, antequàm per rescriptũ ipsius, vel successoris,

ſoris, aut per eorum conſtitutioné eſſet reſciſſus, vel factus reſcindibilis. Et iſte eſt effectus, intelligere, an talis alienario teneat, licet poſsit & debeat reſcindi, quia valet, donec ſit reſciſſa. An verò non valeat, & tunc poteſt ab eo res auferri abſque revocatione, & tenetur reſtituere fructus, iuxta l. ſi prædium. de præd. mi. C. & c. ſi quis. de rebus Eccleſia. non alie. cum ſimilibus. ¶ Adhibita tamen diſtinctione, & ſecundum illam doctrinam, qua quærunt Doct. an error iuris excuſet ad lucrandum fructus? de qua per Bart. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire autem. ff. de peti. hęre. latè per Felin. in c. de quarta. in x. colum. de pręſcript. & per Barba. in j. vol. conſil. xl. etiam in x. col. & ſeq.

Alienatio legitima, & ritè rectéq; facta ſi ſit, neque alienans, neque ſucceſſor poteſt illam infringere, remiſsiuè.

Quando autem alienatio eſſet legitima, riteq; & rectè facta, tũc nec alienãs, nec ſucceſſor poſſet illam infringere, vt tetigi in præcedentibus.

In regno Franciæ non admittũtur alienationes magnæ, factæ à rege cum derogatione.

In regno autem Franciæ prędicta nõ ſeruãtur, quia Parlamenta nõ admittũt tales alienationes, etiã ſi Rex apponat

omnes derogationes mundi: sed contra illas admittunt Procuratorem fiscalem Regium, & illum cogunt insurgere, illoq; instante pronunciāt tales alienationes nullas.

Prouisiones Papæ contra Pragmaticam sanctionem non admittuntur, hoc est, decreta consilij Basiliensis.

Nec mirum, quia etiam non admittuntur provisiones summi Pontificis contra decreta consilij Basiliensis, quæ vocant pragmaticam sanctionem. In hoc tamen an bene faciant, non dico.

Ostendit, quando prædicta locum habeant, uidelicet, Principe alienationem faciente prohibitam iure communi.

Demum prædicta procedunt, quando Princeps faceret alienationem prohibitam de iure communi, hoc est, in casibus superiùs expressis.

Princeps quando possit alienare contra prohibitiones sui prædecessoris. Regiæ dignitatis proprium est liberalitas. Statutum factum in præsentia Principis superioris, accipit uires ab ipso Principe.

Sed si aliqua lege sui prædecessoris prohiberetur alienatio modica in casu à iure cōcesso, dico, quòd cùm ista prohibitio censeatur in præiudicium successorum, quibus interdicitur admini-

ſtratio à iure conceſſa,iuxta ea quæ habéturin l.is cui bonis.ff.de verbor. obl. & maximè,quia eſt in ignominiam Regiæ dignitatis,cuius proprium eſt liberalitas,vt dicit Innoc.& Ioan.And.in c. gratia. de ſupp.neglig.prælat. lib.vj.& Pan.in c.intellecto. circa med. de iureiur.& probatur in l.cùm plures.§.pen. ff.de admi.tut.& in l.fin.C. de donat.inter vir.& vx.cum ſimilibus,licebat principi tali conſtitutioni derogare, & valebit alienatio,dum modò non ſit contra formam iuris,per prædicta:nec ſuſtentator poterit revocare.Et ita de facto dixi iam bis in ardua cauſa quarũdam alienationum factarũ per illuſtriſsimos & excellentiſsimos Principes meos Sabaudiæ Duces,qui ex quodam decreto per illuſtriſsimnm Ludouicum Ducẽ cum authoritate & de mandato ſanctiſſimi domini Felicis Papæ genitoris ſui, & conſenſu Procerum apud Gebennas edito,prohibentur facere omnem alienationem, etiam minimam,ſui dominij,ſeu patrimonij: nam ſi ſit ſufficiẽter illi derogatum,dico, quòd valebit alienatio modica,& à iure permiſſa,ſi dicamus illud decretũ immitti ſola authoritate Ducali:ſed aliquando dixi, quòd propter authoritatem ſummi Pontifi-

cis adhibitam in tali decreto, nõ posset derogare, per ea quę tradit Bald. in l. humanum. C. de legibus. Cuius dictum sequitur Felin. in c. cùm omnes. in viij. columna, de constit. vbi vult, quòd statutũ factum in præsentia Principis superioris, accipit vires ab ipso Principe: & hoc præsupponendo, quòd Papa habeat iurisdictionem saltem in habitu in tẽporalibus, de quo per Cano. in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. & in c. solitę. de maio. & obed. cum cõcord. ibi signatis per Mod. Sed ista non sunt præsentis speculationis.

Debet in specie derogari decreto probibenti alienare, ut concessio teneat.

Operabitur tamen illud tale decretũ, quod citra illius revocationem, dato ꝙ possit illi derogari, non teneat alienatio.

Iuramentum de non alienando res dominij, intelligitur de magnis, & quando de minimis. Alienatio etiam iurata cum clausula derogatoria contra tale iuramentum nõ tenet.

Item etsi Princeps iurauit simpliciter non alienare res sui dominij & Principatus, licet testante dicta constitutione intelligere de magna alienatione, non de modica, vt no. Pan. in d. c. intellecto.

circa

circa med. allegans Fred. de Senis consil. ccxl. & dicam infrà §. prox. in ij. ampliatione j. regulę, tamen isto casu intelligitur de quacunque, etiam modica alienatione ad formam dicti decreti, per dictum Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. circa med. ff. ad Trebelli. vbi dispositio hominis intelligitur in dubio regulari secundum statutum, vel consuetudinē loci: ad quod dictum multa ponit Barba. in c. quod translationem. in xj. colum. de offic. leg. & in primo volum. cōsil. xlij. in vj. colum. & consil. xliij. in xviij. colum. in fin. cum sequē. & ex hoc sequitur, quòd si tale iuramētum interuenisset, alienatio postea subsequuta non teneret, etiamsi contineret clausulam derogatoriam dicti statuti, & etiāsi esset iurata. Casus est in d. c. intellecto. & ibi no. nam licet possit derogare statuto simpliciter, per ea, quæ superiùs dixi, non tamen suo proprio iuramento, per c. nouit. de iudic. & c. j. cum materia de probat.

Nec confirmatio Papæ ualidat, nisi fiat mentio de primo iuramento.

Item & si Papa confirmaret talem alienationem derogando statutis in genere, non intelligeretur derogasse

tali statuto iurato, per id quod volunt glos. & Doctor. in c. constitutus. de rescript. & ibi latè Felin. in iij. col. cum seq. & Barba. in primo vol. consil. xxiij. in ij. dubio.

In conscientia si non est causa, non ualent.

Item & quartò restringe prędicta, quã tum ad forum contentiosum: nam in conscientia si revera non subest causa, non est tutus, quo ad Deum. Ita volunt omnes ferè prędicti, maximè Archid. in d. c. non liceat. xij. q. ij. Pan. in d. c. cùm venissent. de iudic. Bald. post Inno. in c. bonæ. ij. de postulat. prælat. in vij. col. & Pan. in c. cõstitutus. in iiij. col. de re. do. & in c. dudum. ij. in penulti. col. de elect. & in j. volu. consil. xlj. in penulti. col. do. Cardin. in c. j. in fin. j. col. Episc. vel Abba. vbi dicit, quòd plus peccat, quàm alij.

Princeps licet possit concedere ad sui præiudicium, an etiam possit ad præiudicium subditorum?

Tertiò principaliter intellige, & declara principalem conclusionem, quæ habet, quòd Princeps potest alienare loca & castra, seu Principatus, quo ad suũ præiudicium, ita quòd impediri non possint tales infeudationes, si sint factę in casibus prædictis: sed in præiudiciũ

subdi-

ſubditorum an poſsit eis invitis, dicendũ eſt, quòd aut quærimus de illis ſubditis, qui alienantur in alium, nunquid poſsint ſe opponere? & de hoc dicetur infrà in tit. de alien. feud. Aut verò de alijs ſubditis, qui prętendunt verſari ſuũ præiudicium particulare, ex eo, quòd Princeps fiat pauperior, adeo quòd cogitur poſtea venire ad extraordinaria onera. Et tunc concludo, ꝙ in caſibus, in quibus licitè facit, de quibus ſuprà, non cēſetur factum in fraudem eorum, & ſic non poſſunt conqueri: in alijs caſibus ſic. Iſta ſunt de mente And. de Iſer. in d. c. Imperialem. §. prętere ducatus. ſub verſic. nec dominus. in ij. colum. & ſequen.

Generali concluſione abſoluit tractatum infeudationũ per ſupremos Principes fienda.

Et iſta ſufficiant, quantum ad infeudationes factas per ſupremos Principes.

II.

In hac ſecunda parte principali huius tituli oſtendit, quænam Infeudatiónes per PRAELATOS INFERIORES *Papa, fieri poſsint. Oſtendit etiam ſimul ordinem, quem in explicanda hac parte ſecunda ſeruandũ ſibi propoſuerit, diuidens hunc tractatum in duas Regulas generales, quibus poſtea ſubijcit declarationes, ampliationes, & limitationes.*

SECVNDO principaliter videndum restat de infeudationibus, quę fiũt per alios dominos inferiores. ¶Et primò, quid de personis Ecclesiasticis: Circa quod faciam duas regulas, Vnam affirmatiuam, & Aliam negatiuam: & ad vtranque ponam declarationes, ampliationes, & limitationes, perstringendo materiam vltra omnia dicta Doctor. in locis, in quibus ordinariè tangitur materia feudalis.

1. Regula incipit, quæ habet, quòd Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, & Præpositus possunt in feudum dare, si infeudent res, quæ conceduntur infeudari: In qua regula examinanda primùm ponit declarationes, pòst ampliationes, demum limitationes.

Prima igitur regula est, quòd Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, & Præpositus, in feudum dare possunt, si consueuerunt, res, quæ conceduntur infeudari. Istam regulam ponit text. in c.j. in responsio. in titul. qui feud. dare possunt.

Incipiũt DECLARATIONES *huius regulæ, quæ fiunt dupliciter, circa personas & circa res. Dicit autem Declaratio I. quòd Prælati non tantùm possunt infeudare, sed etiam quicunque Clerici beneficiati habentes administrationem beneficij.*

Ista regula eget duplici declaratione, id est, debet circa duo declarari: primò circa

circa personas, secundò circa res.

Declaratur igitur primò circa personas, q, nedum possunt infeudare Prælati, de quibus suprà: qui quales sint, & vnde dicantur, tradunt Aluaro. & Moder. ibi, sed etiam alij Prælati Ecclesiarum, de quibus in c. cùm ab Ecclesiarum prælatis. de offic. ord. & in c. ij. de iudi. cum concord. traditis vtrobique per Moder. Quinimo procedit in quibuscunq; Clericis beneficiatis habentibus administrationem beneficij, vt probat text. in c. j. in titul. de cleric. qui invest. fec. & est de mente glo. & Doctor. in d. c. j. qui feu. da. poss. & est bonus text. in c. j. ibi, & alijs Ecclesiasticis personis. in tit. Episcop. vel Abba.

Declaratio II. quòd Prælatus habens titulum beneficij, possit infeudare.

Secundò intellige & declara, de Prælato, seu Clerico, qui habet titulum beneficij, secùs autem esset in beneficio manuali, quod datur ad nutũ superioris, & remouetur, quia tale beneficium habens nõ potest infeudare. Ita ꝓbat text. in c. j. in tit. Episco. vel Abb. ibi, Et titulũ vocantur. secundũ vnã expositionẽ, quã ibi ponunt Bal. ad fin. j. col. Aluar. circa med. iij. Mart. Laud. ad fin. j. & do. Cardin, circa princ. ij, Idem Bal, in c. ij, circa

med.ij. col. qui feud. dare poss. allegat text.in c.quoniam in plerisque. de offi. ord.& sequitur ibi do.Card.Alex. circa fin.in antepen.quęstione.

Declaratio III.quòd Prælatus immediatus possit infeudare. Prælatus superior non potest regulariter infeudare rem Ecclesiæ inferioris.

Tertiò intellige & declara procedere in Prælato immediato:nam Pręlatus superior non potest regulariter infeudare rem inferioris Ecclesiæ.Hoc tenet Bald.in d.c.j.circa med.ij.col.qui feud. dare possunt.Allegat glo.in authen. de alien.& emphyt.in princ.in verbo, hoc teneatur.quam dicit alibi non inveniri in iure ciuili.Et sequitur ibi do. Cardi. in loco superiùs allegato.Idem Bald.in d.c.j.in fin.j.col.Episc.vel Abbat.& ibi And.de Iser.in fi.princ.allegat c. dudū. de reb.Eccles.non ali.lib.vj. Sequitur etiam Martin. Laud.ibidem circa fin.j. col.& Bertran.Capri.circa fi. vbi extendit hoc,quòd etiam non posset induci super hoc consuetudo, quia est contra prohibitionem legis,scilicet d.c.j.Epis. vel Abbat.Bene facit l. fin. cum ibi notat.C.de testa.tamē si bene advertatur, illud c. non prohibet consuetudinem in futurum:quod est necesse, vt nota.in d.l.

d.l.fin.cum concord.Et bene facit text. in c.Romana.§.j.de appel.lib.vj. Hanc declarationem limita non procedere in Papa, quin posset concedere feuda Ecclesiarum inferiorum, vt dictum est suprà §.prox.circa princip.

Legatus de latere nõ potest infeudare res Ecclesiarum inferiorum.

Et ex hoc infertur, quòd legatus etiã de latere non potest infeudare res Ecclesiarum inferiorum suæ legationis, quæ ad omnes immediatè non pertinent. Ita concludit Bald.in d.c.j.circa med.iiij.col.qui feud.dare poss. allegat c.de ecclesiasticis.xxv.q.ij.& ibi Archi. & sequitur Aluar.ibidem in fin.penult. col.& do.Card.ibidem.

Legatus Papæ, an & quando possit res Ecclesiæ Romanæ infeudare.

Et istud facit propriè ad declarationẽ prædictam, sed dicunt etiam isti, quòd legatus Papæ non potest infeudare res Ecclesiæ Romanæ sine speciali licentia. Allegant Bar.in l.prohibere.§.planè.in fin. ff. quod vi, aut clam. & Bart. consil.clxxxiiij.incipiente, ciuitati Camerini.ad quod se refert Bartol. in d.§. planè. & Bald.in c.j.de vas. qui contra constit.Lothar.& in l.penult.C. de bo.

quæ lib.& alia quædam loca,in quibus hoc soli Papæ permittitur.Et ista etiam sequitur Felin.in c.ad audientiam.in ij. col.de pręscript.vbi allegat Bald.in plerisque locis,scilicet in c.nisi.de offic.legat.& in l.j.§.initio.circa med. de offic. præfect. vrb. & in l. nec quicquam. in princ.ff.de offic.Procons. ¶Tamen loquuntur pręfati Doctor. & de his, quæ nō solita sunt infeudari,& sunt magna feuda. ¶Alia autem, quæ posset quilibet Prælatus in sua diœcesi,poterit & multò magis legatus Papæ in prouincia,cui pręest immediatè nomine Papę de rebus Ecclesię Romanę, vt est de mēte omnium prædictorum, quia iste habet plenam administrationē,sicut Prælati,vel sicut Duces,vel saltem Præsides prouinciarum.

Vacante Ecclesia inferiore,potest Prælatus superior eius rem infeudare.

Secundò limita prædictam declarationem,quę habet,q, Prælatus superior citra Papam non potest infeudare rem Ecclesiæ inferioris,vt procedat, nisi vacante illa Ecclesia inferiori. Ita limitat Bald.in d.c.j.circa med.ij.col.qui feud. da.poss.allegat notat.in c.cùm deputati.de iud. & sequitur ibidem do.Car.circa fin.allegat no.in c.fi.de succes.ab intest.

test. & per Innoc.in c.olim.primo,de re stit.spol.& per Bald.in c.cæteri.in pen. col.de iudic.

Capitulum an sede uacante possit infeudare res ad mēsam Ecclesiæ deuolutas.

Ex præmissis posset etiam inferri ad quæstionē,an capitulū sede vacāte possit infeudare res ad mēsam Ecclesiæ devolutas,in casu, in quo Episcopus posset?Et licet non inveniā in specie tactū, tamen puto,q, non,p ea, quæ habentur per omnes in c.illa.ne sede vacant. & p Pan.& Moder.maximè Feli.qui allegat concord.in c.cùm olim.de offic. ord.& in c.edoceri.in v.col.in fin.cum seq. de rescript.

Capitulum Ecclesiæ inferiori à cathedrali infeudat res ad mensam deuolutas.

Vbi tamen hoc limitat procedere in capitulo Cathedralis Ecclesię,in alijs autem inferiorib.putà monasterijs, cōcludit capitulū succedere in administratione,vt ibi latiùs per eum:quod non prosequor,quia non est de speciali materia nostra feudorum.

Declaratio IIII.in qua inquiritur, Prælatus an solus infeudare possit res solitas infeudari,uel an id fieri debeat cum consensu Capituli:& cōtrà,Capitulum an possit infeudare rem propriam sine consensu superioris.

Quartò declara præmissam regulā,q,

Prælatus poteſt infeudare ſolita infeudari, ſcilicet cum conſenſu capituli ſui, non ſolus. Ita indiſtinctè dicit do. Card. in d.c.j.in princip.q feud.dare poſſunt. ad fin.iiij.col.allegat no.in c.j.de rebus Eccl.non ali.lib.vj.& in c.nõnulli.& in c.vt ſuper.eod.tit.in antiquis, & in c.j. & ij.de feud.

Infeudatio ſi fiat in caſu licito, non eſt neceſſarius conſenſus Capituli.

Bald.verò in d.c.j.qui feud. da. poſſ. in j.col. tenet, quòd in caſu prædicto, quando infeudatio fit in caſu licito, nõ eſt neceſſarius conſenſus capituli: & allegat text.in c.j.§. in clericorum. in tit. ſi de inveſtit.inter vaſ. & do. lis ori. vbi dicitur, quòd non eſt neceſſaria ſcientia fratrum: ergo nec cõſilium, nec conſenſus. Et iura, quę allegat do.Car.loquuntur in alienatione, quæ fit aliter, quàm per renouationem inveſtituræ in caſu permiſſo. Refert tamen Bal.Iac. de Bel. diſtinguentem, ſed non curo referre. Et dictum Bald.ſequitur Iaſon in d.c.j. circa med.ij.col. Et eſt etiam de mẽte Cal de.in tit. conſue. conſi. vltima quæſt. refert Felin.in c.cum cauſa.ad fin.v.cõlum.de re iud.vbi ſequitur dictum Bal. vbi ſuprá. Illud dictũ Bald, ſequitur etiã

Bertran.

Bertran. Capri. in d.c.j. in princ. in j. colum. qui feud. dare possunt. & Felin. in c. edoceri. in princ. ij. col. de rescript. & l. latè. do. Card. in d.c.j. in princ. ad fin. iij. col. cum seq. qui feud. da. possunt. & dicit, quòd ita tenent communiter Doctor. in d.c. ij. de feud. & Fred. de Sen. consil. cix. incipiente, Quidã Prelatus. & Calde. in rubrica, de his quæ fiunt à Prælat. consil. j. & Rom. consil. lxx. j. colum. & Pau. de Cast. consil. cxxxiiij. incip. Viso instrumento. & consil. cvj. in j. col. Idem Calde. in titul. de feud. consilio primo, allegat etiam text. in argumẽ tum, quem ponderat Bald. in l. j. C. de impo. lucra. descript. & subijcit, quòd ita communiter seruatur, & probatur in d.c. ij. de feud. qui loquitur de Prelatis, & vtitur verbo, Liberè.

Episcopus quando solus possit remittere feloniam uasallo, & caducitatem in emphyteosi? Aliud est concedere de nouo, aliud concessum nolle habere.

Ad idem facit, quod dicit Bald. in d. c. j. circa med. iiij. colum. qui feud. dare poss. vbi dicit, quòd Episcopus, si ipse solus est collator feudorum, potest remittere feloniam sine capitulo. Et sequitur simpliciter ibi Ias. circa medium secundæ columnæ: sed do. Cardinalis

ibi circa fin.v.col.tangit hanc quæstionem,& concludit, q, ad remittẽdum caducitatem per Prælatũ, requiritur consensus capituli: ita dicit esse cõmunem opinionẽ in c.potuit.de loca.licet referat Imol.ibi tenere cõtrariũ, quia aliud est cõcedere de nouo, aliud concessum nolle habere,per l.magis puto. §. si fundus.ff.de reb.eo.Et istã opinionẽ in emphyteosi,tanquã cõmunem,refert & sequitur Ias.in tract.de iure emphy. super l.j.in lxvij.col.versicul.tertiò & vltimò quęro.declarans hoc procedere,quãdo scilicet Pręlatus haberet Collegium:nã Prælatus,qui non habet collegium,posset ipse solus facere.

¶Tamen ex prædictis videtur tenendum,quòd solus Pręlatus ex quo posset rem liberè devolutam ad Ecclesiam infeudare sine consensu capituli,vt prę dixi, ita etiam remittere caducitatem: & allegata in contrarium procedunt, quando res dependebat tam ab ipso capitulo, quàm à Prælato,ita quòd ad vtrunque spectabat ius investiendi de feudo: vel quòd aliud sit in feudo, aliud in emphyteosi. Et adde, quæ dicam infrà in quarta ampliatione huius regulæ.

Pro concessione facta cum consensu capituli,in casu du-

bio

bio magis præſumitur ſolenniter facta inueſtitura, remiſsiuè.

Quando tamen facit cum conſenſu capituli, in caſu dubio magis præſumitur ſolenniter facta inveſtitura, per ea quæ dixi ſuprà §. proxim. verſicul. vnde poſſet dici.

Capitulum an poſsit infeudare rem propriam ſine conſenſu ſuperioris.

Poſſet etiam iuxta pręmiſſa quęri, an ſi feudum pertinet ad capitulum, requiratur conſenſus ſuperioris Prælati? Et dicendum videtur, quòd ſi pertinet ad capitulum in totum, ita quòd Epiſcopus non inveſtit, de tali feudo cum capitulo non eſt neceſſaria eius authoritas, nec eius conſenſus adhibendus: tamen regulariter adminiſtratio in rebus communibus inter capitulum & Prælatum pertinet ad Prælatum, & ſine eo nihil poteſt fieri, vt notant glo. & Doctor. maximè Moder. in d. c. edoceri. de reſcript.

Conſenſus maioris partis capituli requiritur in infeudatione earum rerum, quæ ſunt communia ipſi capitulo: ſecus autem, quando pertinēt ad particulares de Capitulo.

Si conuentus totus in unum monachum recidiſſet, ille teneret locum Prælati habitu & actu, licet numerus in eo non ſaluetur actu.

Requiritur tñ ſemper conſenſus ma-

ioris partis capituli, & illa sufficit in his, quę sunt cõmunia ipsi capitulo, & sic vniuersitati. ¶Licet secùs, quando pertinent ad particulares de capitulo, vt in specie tangit Bald. in d. c. j. circa med. ij. colum. qui feud. dare possunt. allegat Archid. in c. Nicena. xxj. dist. & subdit, quòd si conventus totus in vnũ monachum recidisset, ille teneret locũ Prælati habitu & actu, licet numerus in eo non saluetur actu: allegat nota. per glos. in l. si grege. quæ incipit, imo. in ij. sol. leg. j. & in l. sicut. ff. quod cuiusq; vniuers. no. cum concord.

Declaratio V. quòd Infeudatio à Prælato facta inferiori, non requirat consensum Prælati superioris, etiamsi sit Abbatissa.

Quintò declara regulam prędictam, quòd talis infeudatio, quæ fit à Prælato inferiori, non requirit consensum superioris: vt est de mente omnium, etiã si sit Abbatissa, vt expresè vult Bald. in d. c. j. circa med. quintę colum. qui feu. dare possunt.

Nec requiruntur solennitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiæ, quando fit infeudatio.

Et generaliter intellige, quòd isto casu non requiruntur solennitates aliàs requisitæ in alienatione rerum Ecclesiæ;

ſiæ:de quibus in c.ſine exceptione.xij.q.ij.vt eſt de mente omnium in locis allegatis ſuprà in proxi. declaratione: & in ſpecie ponit Mart.Laud.in c.j. circa med.ij.col.Epiſco.vel Abb. allegat Bartol.& Ang.in l.ſi vacantia.C.de bo.vacan.lib.x.& Butri.in c.in præſentia. de probat. Idem etiam dicit ibi do. Cardi. circa med.ij.col.& in d.c.j.in princ. circa princ.iiij.col.qui feud. dare poſſunt. vbi vltra prędicta allegat Bald.in c.quę in Eccleſiarum.de conſtit. Idem etiam dicit Romanus conſil. lxx. in j. col. vbi reprobat opinionem Ioan. de Signa.in d.c.quæ in Eccleſiarum.de conſtit.& allegat c.ij.de feud.& c.j. in tit.de cleric. qui inveſti.fec.Et illud conſilium refert & ſequitur ſimpliciter Felin. in c. cum cauſa.de re iudic.in fin.v.col.

Res quæ tenetur in feudum ab Eccleſia,non dicitur de eius menſa,niſi pòſt fuerit incorporata.

Et ratio eſt,quia ex quo res tenetur in feudum ab ipſa Eccleſia,& ſic habet nudam proprietatem, vaſallus autem habet vtile dominium,vt dicetur infrà, titul.quale ius quæratur vaſallo per inveſtiturã?non dicitur iſta res eſſe de menſa Eccleſiæ prius quàm fuerit incorporata:vt dicit Marti.in d.c.j.Epiſcop. vel

Abb. Et idē dicit Bald. in c.j. circa med. v.col. qui feud.da.poss. allegat Io. And. in c. vt super. de reb. Ecc. non ali. in Nouel. & sequitur do. Car. ibidem allegās Bald. in authen. hoc ius porrectum. in vj.col. C. de sac. sanct. eccl. & glo. in cle. frequens. de excess. prælat. Idem Card. in d.c.j. circa med. ij.col. Episc. vel Abb. & Imol. post Inno. in c. vt super. circa fi. iij.col. de rebus Eccle. non ali. & in c.ij. circa med. xiiij.col. & in fine commenti de feudis.

Declaratio VI. quòd Prælatus reinfeudat feudum deuolutum ad Ecclesiam.

Sextò declara prędictam regulam, ꝙ procedit nedum in feudo, cuius petitur renouatio inuestituræ, quia nōdum est finitum: sed etiam si sit finitum, & ad Ecclesiam devolutum: de primo enim nō dubitatur, per text. in d.c.ij. de feu. quia non posset, etiamsi vellet, denegare: & istud manifestè patebit ex his, quæ dicētur in prima ampliatione huius regulæ à fortiori, & quæ dicta sunt suprà in iiij. declaratione vers. sed do. Card.

Declaratio VII. quæ ostendit, Res quando dicatur consueta dari in feudum: item, iura prædicta quomodo sint intelligenda. Enumerat autem quinque requisita circa consuetudinem infeudationis, scilicet Tempus, Actum, Consensum, Rationabilitatem consuetudinis, & Bonam fidem.

Septimò

Septimò pro declaratione huius regulæ, quia tex. dicit, quòd Prælati possunt concedere feudum, si consuetudo eorũ feudum dare fuerit (Ista sunt verba tex. in d.c.j. in princ. qui feud. da. possunt) similiter quia text. in c.j.ij. responso, in tit. Episcopum, vel Abb. dicit, Quæ antiquitùs non sit solita dari. intelligere oportet, quæ sint necessaria ad inducendum istam consuetudinem, & quomodo intelliguntur iura prędicta: circa qđ variæ fuerunt opiniones.

De TEMPORE, *quod est requisitum primum, uariæ sententiæ narrantur: & primùm*

Opinio I.

Et primo loco glos. in d.c.j. qui feud. dare possunt. refert duas opiniones: Vna est, quò d requiratur tempus, cuius initij memoria in contrarium non existat, iuxta l.j. in fin. cum l. seq. ff. de aqua plu. arc. & l. hoc iure. §. ductus aquę. de aqua quotid. & æst.

Opinio II.

Secunda fuit opinio Azo. & Nic. de Neapo. quòd sufficiant xxx. anni, per l. comperit. & l. omnes. C. de præscript. xxx. vel xl. annorũ. & nihil firmat dicta glos. Idem etiam facit Io. Blan. in Sũma in tit. de illis, qui possunt in feudum dare, circa princip.

Opinio III.

Tertia fuit opinio Iac.de Bel.in d.c. quòd requiratur tempus xl.annorum, quia infeudatio est alienatio: l.cùm nó solùm.§.filius autem.C.de bo.quæ lib. & c.nulli.de rebus Eccles.non alien.Ergo cùm in alienatione rerũEcclesiastica rum requiratur dictum tempus, authẽ. quas actiones.C.de sac.sanct.Eccles.circa illud require ad inducẽdum consuetudinem. Et istam opinionem sequitur Andr.de Iser.in d.c.j.in iij.col.qui feud. dare possunt.Et Mart. de Laud. ibidem in ix.col.& dom.Card.circa fin. viij. colum.& Imol.in c.ij.in xiiij.colum.circa medium. de feud. & Bald. in l. de quibus.in xiiij.colum. de legibus. & Alex. referens Bald.in iij.vol. consil.ix. incipiẽte,Viso themate subscripto.in ij.colum. & in v. volum. consil. v.in tertia colum.

Opinio IIII.

Quarta fuit opinio Bald. in d.c.j. in iiij. col.qui feud.dare poss. distinguentis,an manifestè talis infeudatio sit vtilis Ecclesiæ,& præscribitur xxx.annis: an expressè & manifestè damnosa, & requiritur tempus, cuius initij memoria in contrarium non existat: in dubio requi-

requiratur tempus xl.annorum. Et istã opinionem in effectu sequitur Aluaro. in d.c.j.in v. colum. in fin.cum seq. Nec obstat, si dicatur, quòd contra Ecclesiam non præscribitur minori tempore xl.annis, per d.authẽ.quas actiones.& c.de quarta. de præscript. quia quando præscriptio est iuncta consuetudini,non est propriè præscriptio,sed quædam firmitas taciti consensus, vbi non requiritur possessio continuata, sed actus vtẽtium, qui continui esse nõ possunt,l.foramen. ff. de seruit. vrban. præd.

Consuetudo damnosa Ecclesiæ,cuius initij memoria nõ existat,quando & quæ ualeat.

Istam opinionem reprobat do.Mart. Laud. vbi suprà, in duobus membris: nam primò,dum dicit valere consuetudinem damnosam Ecclesiæ ex tempore,cuius initij nõ extat memoria,dicit, quòd est contra text.in c.j.& fin.de consuetud.lib.vj.& iura,quæ loquuntur de prescriptione tanti temporis, limitantur per d.c.j. vbi non sit nimiùm Ecclesiæ onerosa. Item,secundum membrum non procedit,quia indistinctè ad prescribendum rem Ecclesiæ requiritus tempus xl.annorum; item &, quia

ſi evidenter eſſet vtilis infeudatio, poſſet Prælatus ſaltem cum capitulo infeudare abſque alia conſuetudine, vt dicetur infrà in limitationibus regulę negatiuæ. ¶Do. Card. vbi ſuprà, dicit poſſe ſubſtineri primum membrum, quia nō poteſt dici conſuetudo nimiùm Eccleſiæ oneroſa, ex quo retinet directum dominium, cuius prętextu poteſt multis caſibus recuperare vtile: & quia honeſtum eſt, vt Eccleſia de ſe benemeritos remuneret, c. per tuas. de donat. & iſtud eſt, quod dicebat Nicol. de Neap. quem referunt Aluar. & ipſe do. Cardi. qui dicebat ſufficere tempus xxx. annorum, quia non agitur de magno prę iudicio Eccleſiæ, & ad illam limitationem, quam dat idem Card. allegat Pan. conſil. lxxij. in ij. col. & in c. j. in fin. de conſuet. per nota. in c. Abbate ſanè. de verb. ſign. & loquitur Pan. in d. conſil. in emphyt. ¶Tandem ipſe do. Cardin. reſidet in opinione, quòd requiratur tēpus xl. annorum, quia eſt contra ius, qđ prohibet infeudationem rerum Eccleſiæ, per c. j. de reb. eccl. non ali. quo caſu requiritur tempus xl. annorum, d. c. j. de præſcript. lib. vj. Item vbi agitur de dando nouo ſtatu rei eccleſiaſticę, requiritur tempus, de quo ſuprà, c. cùm de beneficio.

ficio.de præbend.lib.vj.

Opinio V.

Quintã reperio opinionẽ Bertrã. Capri.in d.c.j.in vj.col.qui feu.da.pos.vbi concludit,ꝙ cùm hîc agatur de consuetudine inducenda, certè sufficit tẽpus, ex quo tacitus consensus populi deprehendatur,per l.de quibus.ff.de legib.& cùm istud non sit in iure expressum, relinquitur arbitrio iudicis,l.j. §.fin. ff.de iure delib.nam de substantia consuetudinis non requiritur tempus.

Opinio VI. *quæ est communis opinio Doctorum.*

Cõcludendo prę̃suppono,ꝙ istæ sunt opiniones quæ tradũtur in materia cõsuetudinis,in l.j.& ij.C.quę sit lóg.cõs. & in l.de quib.ff.de leg.&in c.fin.de cõsuet.cũ similib. & nihil noui & specialitatis reperio in ista,vnde accipiẽdo cõmunẽ opinionẽ Doct.in locis pręall. dico,ꝙ ex quo ista consuetudo infeudãdi est in præiudiciũ Ecclesiæ in reb. quæ sunt de mensa,& nõ sunt solitę infeudari,quia dicitur alienatio, vt dicetur ĩ.§. ꝓxi.in limitatione regulę ibi traditæ,ꝑ totũ,talis cõsuetudo nõ valet regulariter,nisi sit præscripta spacio xl.annorũ, ꝑ iura præall.et ista est cõmunis opinio etiã in ista materia,vt patet ex his, quos suprà retuli.

Opinionum aliquot prædictarum saluationes sequuntur. Quando agitur de infeudando Regalia, requiritur tempus, cuius initij memoria non existat, ad inducendam consuetudinem.

Possent tamen aliquæ ex prædictis opinionibus saluari in aliquibus casibus specialibus tactis per Doct. maximè Moder. in dictis locis, & præsertim in d. l. de quibus. nam aliquando requiritur tempus, cuius initij memoria in cõtrarium non existat, vtpută si ageretur de infeudando Regalia, secundum But. Imol. & Pan. in d. c. fin. & sequuntur Moder. in d. l. de quibus.

¶Item aliquando inducitur lõgo tẽpore tantùm, scilicet quãdo est inducta de conscientia Papæ, qui illa vsus est, vt per Pan. in d. c. fin. in x. col. & Moder. vbi suprá.

¶Item aliquãdo sufficiet tẽpus xxx. annorum, scilicet quantum ad præiudicium aliquorum laicorum, qui fortassis læderentur ex consuetudine, quę inducitur contra Ecclesiam, secundum Pau. de Cast. in d. l. de quibus. & Alex. consil. lxviij. incipiẽte, Viso & bene discusso. in ij. vol. in iiij. col. Quæ omnia prosequitur Iason in d. l. de quibus. in xv. colum. & sequen. Istud tamen de tempore declarabitur per id, quod subij-

ſubijciam infrà verſicul. omnia tamen præmiſſa.

De ACTV, *ſecundo requiſito.*

Similis quęſtio fit per Doct.in hac materia, quę fieri ſolet in generali materia conſuetudinis, ſcilicet quot actus requirántur ad illam inducendam?

Quot actus requirantur, ut inducatur conſuetudo infeudandi.

Nam Iac.Ardiz. in Summa ſub rub. qui poſſ.dare feud.tenet, quòd requirãtur ſaltem duo actus, hoc eſt, quòd ſaltem bis per eundem Prælatum, vel diuerſos fuerit infeudata. Idem tenet Iac. de Bel.in d.c.j.qui feud. dare poſſ. Et idem tenet Mart.Laud.ibi in fin.pen.colum.& Aluar.circa med.vj.col.& ſequitur do.Cardin.in fin.viij.col.& Imol.in c.ij.in xiiij.col.de feud. & Alexand.in iij.vol.in d.conſil.ix.& in v.vol.conſ.v. circa med.iij.col. Bald. verò in d.c.j. in iij.col.non decidit expreſsè, ſed remittit ad not.in l.iij.C.de Epiſco. aud. & in c.fin.in tit.de feud.dat.in vic.l.cõmiſ. Et allegãdo prædicta, videtur tenere idem, quod Iac.de Bel.quem etiam ipſe refert. ¶Andr.autem de Iſer.in d. c.j.in iij.col.in tit.qui feud.da.poſſunt, tenet, quòd vnicus actus ſufficiat cum

M

cursu xl.anñ.licet per vnicum, aut binum actum non intelligatur consuetudo præscripta minori tempore, sed solùm dicitur esse in quasi possessione infeudandi, per c.cùm Ecclesia sutrina.de ca.poss.& propri. Eandem opinionem, quòd vnicus actus sufficiat, tenet dom. Card.sibi statim contrarius, in illo c.j.in ix. col. per c. cùm de beneficio. de præbend.lib.vj.& dicit, quòd est communis opinio Doct.in d.l.de quibus.& in d.c.fin.de consuet.quòd sufficit vnicus actus, quando habet casum successiuum. Adducit etiam dom.Ant. de Bur. in consi.xxiij.incipiente, In facto fratrũ montis, etc. qui loquitur in emphyteosi, sed malè refert communem opinionem Doct.vt statim subijciam, & dom. Anto.loquitur, quando illa propria cõcessio fuit legitima: & ita potest saluari ista opinio, vt dicam infrà in versic. omnia tamen præmissa. Et ita etiam loquitur c.cùm de beneficio. & ponit casum specialem, quando fit trãsitus qualitatis beneficij de vna specie clericorũ in aliam, vt ibi per Gemi. secùs si de clericis in laicos. ¶Bertrandus verò Caprioli in d.c.j.in vij. colum. tenet idem, quod tenuit in precedenti quæstione, quòd istud sit arbitrio iudicis æstiman

mandũ,an vnicus actus sit talis, ex quo deprehendatur tacitus consensus capituli, vel non.

Communis opinio de Actu, quòd requiruntur ad minus duo actus.

Tamen concludendo secundũ quod Doct.communiter concludunt in materia consuetudinis, teneo cum communi, quòd requirantur ad minus duo actus, ex quo iura requirunt frequentiã actuum, etiam si actus sunt notorij, vt latè traditur per Bart.& Doct.in d.l. de quibus. cum concord. ibi traditis per Moder.maximè Iasonem ibi in xij. col. in fin.cum seq.

Sequitur nunc conclusio communis tractatui de tempore & actu, quòd

Requiritur tempus, & multiplicatio actuum, ut inducatur scientia & consensus capituli.

Patet ergo ex præmissis, quòd requiritur tempus, & etiam multiplicatio actuum ad inducendum scientiam & cõsensum saltem tacitum capituli.

De CONSENSV, *tertio requisito, quòd*

Consensus saltem tacitus capituli, ut inducatur consuetudo, requiratur.

Ex quo infertur necessariò, quòd ad validitatem consuetudinis requiritur consensus saltem tacitus capituli. Et ita

est de mente omnium prædictorum. Et in specie hoc ponunt Mart.Laud.Alua. & do.Card.in locis suprà proximè allegatis,in d.c.j.per d.l. de quibus.Et hoc etiam sequitur Alexan.in d.consil.ix.in iij.vol.

Quando prælatus non habet capitulum, quid iuris sit.

Sed moueo vnam dubitationē, quid erit de Prælatis non habentibus capitulum?Circa quod puto recurrendum ad ea,quę tangit Panor.post alios in c.j.de his quæ fi.à prælat.in illa quęstione,Cuius consensus requiratur in alienatione rei Ecclesiæ inferioris non collegiatæ, vt illius requiratur scientia & consensus præsumptus,cuius authoritas requirebatur ad alienationē, per id quod vult Bart.& sequuntur alij in l. si publicanus.§.j.ff.de publi.cum concord. adductis per Aret.in consil.cliiij. in ij.col. & seq.& per Alex.in j.vol.consil. vj. & consil.seq.& per Moder.in l.more.ff.de iurisd.om.iudic.

De CONSVETVDINE, *quarto requisito,quòd*

Consuetudo infeudandi esse debeat rationabilis, et nō multùm damnosa Ecclesiæ.

Quartò requiritur,quòd consuetudo in-

infeudandi sit rationabilis, & non damnosa nimis Ecclesiæ, secundum Iac. de Bel.Mart.Laud.& do.Card.in d.c.j. qui feud.dare poss.per c.fin. de consue. & Alex.in dicto consil.ix.licet Bertran. Capri.in d.c.j.qui feud.da. poss. in iiij. col.dicat, quòd quando tãtum tempus cucurrit,hoc nõ attẽditur, arg.authen. quas actiones.C.de sacr.sanct.eccl. Sed ipse nõ fuit Canonista,vt testatur in ea. colum. ideo ignorauit, d.c.fin.de consuet.vbi probatur opinio prædictorũ. *Bertran.Capri.non fuit Canonista.*

Consuetudo quando dicatur nimis damnosa Ecclesiæ, remissiuè.

Quando autem diceretur consuetudo nimis damnosa, licet ipsi non tangãt, apparebit ex his,quæ dicẽtur infrà in viij.limitatione.

De requisito quinto,quod est BONA *Fides præscribentium.*

Addunt etiam Iac.de Bel.Mart.Lauden.& dom.Cardi.quintum requisitũ, quòd requiritur bona fides præscribentium,per c.fin.de consuet.& cap.j.eod. tit.lib.vj. & glo. in c. penult. eod.tit.& lib.& Pan.in c.cum Ecclesia sutrina.de ca.poss.& proprie.in xij.col.de quo est recurrendum ad not.in d.c.final. & per Moder.in d.l.de quibus.

Iura prædicta quomodo sint intelligenda.

Quomodo arguatur rem solitam infeudari ex assertione partis.

Omnia tamē præmissa declarat præfatus do. Cardi. vbi suprà, post Paul. de Castro, consil. cxxxiiij. incipiente, Viso instrumento. in ij. colum. quòd aūt volumus dicere, rem solitam infeudari ex statuto superioris, & tunc sufficit vnicū statutum, intellige ab habente potestatem: allegat Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacro sanct. eccl. Aut volumus inniti ex simplici consuetudine: & procedunt ea quæ proximè dicta sunt, & sunt necessaria illa requisita. ¶ Aut verò semel constat licitè rem fuisse infeudatam, & tunc nulla requiritur alia consuetudo, putà si in prima infeudatione intervenit authoritas Papę, vel etiā intervenerunt alia requisita ad alienationem simplicem, vt probatur in c. ij. de feud. & in c. j. Episc. vel Abbat. & in l. j. Et ibi Bartol. C. de imponen. lucra. descript. lib. x. & in l. pater. §. quindecim. & ibi Bart. de lega. iij.

Vt res dicatur solita infeudari, oportet quòd prima cōcessio fuerit ualida.

Procedit ergo illud, quod dicitur de re solita infeudari, vel quando vnica præcef-

præcesſit infeudatio legitima, vel præcesſerunt ad minus duę illegitimæ cum bona fide eorum, quibus cõcedebatur, concurrente ſpacio xl. annorum, & intellige, quod dicit Alex. in d. conſil. ix. dum vult, quòd ad hoc, vt dicatur res ſolita infeudari, oportet, quòd prima conceſsio fuerit valida, quia intelligitur, vbi vna tantùm præceſsit, vel non cucurrit tempus xl. annorum.

Ex unico actu dicitur Prælatus esse in quasi possessione infeudandi.

Secundò procedunt omnia prędicta, vbi conſtat de initio conceſsionis, & de progreſſu: ſed in dubio ex diuturnitate temporis, ſi fuit res poſſeſſa vt feudalis, præſumitur ſolita infeudari, per ea, quę habentur in c. cùm Apoſtolica. de his quę fiunt à prælat. & in l. qui in aliena. in fin. princ. ff. de acquir. hæred. Et tangunt remiſsiuè Mart. Laud. & do. Cardin. in c. j. in fin. princip. in tit. Epiſc. vel Abbat. dicetur infrà in tit. quę res in feudũ dari poſſ. §. ij. verſic. retenta autem. Quinimo ex vnico actu dicetur Prælatus eſſe in quaſi poſſeſsione infeudandi, vt dixi ſuprà in hac declaratione, in verſic. Andr. autem de Iſer.

Declaratio VIII. quòd

Vt res Ecclesiæ dicatur consueta infeudari, sufficiat

consuetudo Ecclesiæ, cuius res est.

Octauò declara prædictam regulam, quòd ad hoc, vt sit licita infeudatio, nó est necessaria consuetudo vniuersalis omnium ecclesiarum, sed est attendenda consuetudo vnius Ecclesiæ, quo ad bona illius Ecclesiæ, arg. l. venditor. §. si constat. ff. communia præd. & c. de his. ij. & c. illud. xij. dist. & c. cùm olim. & ibi no. Inno. de consuet. Ita dicit Bald. in d. c. j. circa princ. vlt. col. qui feud. da. poss. & sequitur ibi Alu. circa princ. iiij. col. & do. Card. post princ. iij. col. & est ratio secundum eos, quia consuetudo dat authoritatem infeudádi, d. c. j. & c. j. in tit. de feud. cogni. & l. domini prædiorum. C. de agri. & censibus. libr. xj. ¶Sed ista declaratio videtur sine dubitatione, aut non ita simpliciter procedere: si enim requiritur consuetudo infeudandi circa rem ipsam, de cuius infeudatione agitur, & indubitatũ est, quòd attenditur, quòd fuerit aliàs concessa p illam Ecclesiam à qua mouetur, quia alius non potuisset concedere, vt dictum est suprà in iij. declaratione: aut voluimus intelligere, quòd sufficiat generalis consuetudo Ecclesiæ infeudandi omnes suas possessiones, ad hoc, vt si vna superveniat, quæ nunquam fuit infeudata

data,posſit infeudari,& tunc poſſet iſta declaratio habere dubium, an attendatur conſuetudo matricis Eccleſiæ, vel vicinarum eccleſiarum,iuxta c.cùm olim.de conſuet.an verò conſuetudo ſpecialis ipſius eccleſiæ , & procedat dictum prçfatorum Doct. ſecundum eam tamen diſtinctionem,quam tradit Pan. in d.c.cùm olim? Sed hoc non putarem verum,quia ex quo ad iſtam conſuetudinem inducendam requiritur, quòd ſit præſcripta,habemus regulam, quòd tantum poſſeſſum,quãtum præſcriptũ, per c.auditis.de præſcript.& ibi latè Felin.in viij.col.cum ſequentibus,vbi inter cætera adducit dictũ Inno. in c. tua. de deci.qui vult,quòd licet præſcriptio decimandi ſit inducta in omnibus prædijs vnius Parochiæ, vno excepto,ad illud non extenditur: & ſequitur Pan.in c.cùm contingat.eod.tit.Et idem tenet Archid.in c.quicunque.xvj.q.j.Et iſtud etiam ſentit do. Card.in c.j. poſt princ. col.ibi,quod intelligas, etiamſi eorum ſit conſuetudo,in tit.Epiſcop.vel Abb. & in terminis concludit Martin. Laud. poſt Iac.de Bel.in d.c.j.circa fin . princ. qui feud.da.poſſ.&ibi Bertran. Capri. ad fin.v.col. Secus eſſet in conſuetudine ſimplici , in qua non requireretur

præſcriptio, vt latè declarat ipſe Felin. vbi ſuprà, in xiiij. col.

Quando probatur generalis conſuetudo infeudandi.

Niſi fortè eſſet probatum in genere, quòd talis eccleſia omnes ſuas poſſeſsiones conſueuerit infeudare, quia fortè ſuper hoc fuiſſent latæ ſententiæ, & tẽpus cucurriſſet xl. annorum per ſuperiùs dicta, & hoc præſuppoſito, ſi ſimpliciter eſſet res cõceſſa in emphyteoſim, vel feudum, putarem primò attendendam conſuetudinem illius eccleſiæ, & poſtea recurrendum ad ea, quæ notantur in d.c.cùm olim.de conſuet. & faciunt, quæ dicentur infrà in iiij. limitatione huius regulæ.

Tranſit ad AMPLIATIONES.

His declarationib. pręmiſsis ampliari poteſt et extẽdi dicta regula quinque modis.

Ampliatio I. quòd res poſſeſſa per eccleſiã tẽpore introitus Prælati, per ipſum Prælatum infeudatur.

Primò ampliatur, vt procedat, nedũ ſi rès, quæ mouetur de feudo Eccleſiæ, ſit devoluta ad eccleſiam ante quàm ſit reducta ad manus & poſſeſsionem Eccleſię, ſed etiamſi eccleſia acceperit poſſeſsionem illius, & illam teneat, & tenuerit per aliquod tempus, dùm tamen nondum ſit incorporata, & effecta de menſa ipſius eccleſiæ; etiamſi vnus Prę-

latus

latus retinuerit apud se, potest tamen successor illius mediatus, vel immediatus investire. Ita dicit Odof. in Summ. in tit. qui poss. fa. invest. circa med. versic. circa verò vetus. per text. in c. j. de cle. qui investi. fe. & ibi est casus. Et ita summant Bald. & alij, & ita vult etiam Host. in Summ. in §. quis posit constituere. circa princ. per c. ij. de feud. quem allegat & sequitur And. de Iser. in c. j. in tit. qui feud. dare possunt. in ij. col. & ibi est glos. in vers. in feudum dare. & ibi dom. Cardin. post princip. v. col. & ante fin. ix. quæstionis circa princ. iiij. column. in iij. limitatione primæ regulæ: & ibidem etiam Aluar. in fin. iiij. col. cũ sequenti, concludens, quòd licebit successori id, quod licuit prædecessori: allegat vltra præmissa gloss. in c. frequens. in verbo, indignus. de restit. spol. lib. vj. & Bar. in l. j. C. de bo. vac. lib. x. & Inno. in c. vt super. de re. eccle. non ali. & ibi Butr. Imol. & Pan. Idem volunt And. de Iser. Aluar. Mart. Laud. & dom. Cardin. ac communiter Doc. in c. j. in tit. Episc. vel Abb. Et patebit ex his, quæ dicẽtur infrà circa iiij. declarationẽ ij. regulæ.

Ampliatio II. quòd licet Prælatus iurauerit non alienare bona suæ Ecclesiæ, poterit tamen illa infeudare.

Secundò ampliatur dicta regula, vt

procedat, etiamsi Prælatus iurauerit nõ alienare bona Ecclesiæ suæ. Ita probat tex. in c. ij. de feu. & ibi glo. Pan. & Doc. & glo. in c. in verbo, in hęresim. xxiiij. q. j. Ang. in l. non est nouum, in j. col. ff. de legib. quas quotas allegat Iason in d. c. j. ad fin. iiij. col. qui feud. dare poss. Et vltra eum idem etiam tenet Hosti. in Summa, de feud. §. quis possit constituere. versicul. item antiquum feudum. & dom. Cardin. in d. c. j. in princi. iiij. col. qui feud. dare poss. post Bald. ibidem ad fin. iiij. col. & circa medium quintæ: qui allegat Io. Andr. in c. fin. de eccle. ædi. & in c. vt super. de rebus ecc. non ali. vbi dicit, quòd, etiamsi iurauit non alienare Romano Pontifice inconsulto, & impetret licentiam infeudandi res solitas infeudari, nulla mentione facta de iuraměto, valet impetratio. Et ita etiam tenent communiter Doct. in d. c. vt super. & in d. c. fin. Ibi tamen distinguunt facientes differentiam, sub qua forma sit præstitum iuramentum: nam si simpliciter iurauerit Pręlatus nõ alienare, intelligitur de alienatione illicita, vt prædixi.

Quando iurauit non alienare inconsulto superiore, requiritur eius consensus.

Si verò iurauerit non alienare inconsulto

ſulto ſuperiore, vel ſine licentia, aut cõſenſu ſuperiorum, tunc etiam in caſu aliàs à iure permiſſo non poterit alienare ſine illius licentia, vel conſenſu: quia illa verba debent aliquid operari. Et ſi intelligerentur in caſu illicito, eſſet incongruus ſenſus, quia tunc etiam cum conſenſu ſuperioris non eſſet licita alienatio. Ita concludunt communiter Doctor. in d.c. vt ſuper. & ibi Pan. in ij. col. & Imol. in iiij. & idem Pan. in d.c. final. de eccle. æd. & Pan. in c. per tuas. per illum text. de donat.

Quando eſt res modica, non obſtante tali iuramento, alienatur.

Hoc tamen limitat dupliciter ipſe Panor. in d.c. fin. Primò, niſi eſſet res modica, per c. terrulas. xij. q. ij. & in hoc idẽ tenet ipſe Pan. in d. c. vt ſuper. & ibi Imol. circa medium vltimæ columnæ, & Iaſ. in c. j. circa med. vj. col. qui feud. da. poſſ.

Item, quando imminet neceſsitas magna Eccleſiæ, & ſine difficultate non poteſt haberi conſenſus ſuperioris, alienatur.

Secundò, quando immineret magna neceſsitas eccleſiæ, & difficile eſſet habere conſenſum ſuperioris: allega. l. tutor qui repertorium, ff. de admi. tut.

& alia multa iura, quæ permittunt ex causa necessitatis plura fieri, quæ aliàs non fierent. Et ad hæc etiam multa possunt adduci, quæ tradunt Moder. in l.j.ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. Et istud voluit Archid. in d. c. terrulas. & sequitur Bald. in d.c. j. in tit. qui feu. dar. poss. & sequitur ibi do. Card. ad fin. iij. col. Subijcit tamen Bald. & sequitur Card. quòd pro tunc valet alienatio, dũ tamen subsequatur postea ratificatio. Allegat text. in l. Pomponius scribit. ff. de neg. gest. & in c. si qua de rebus. xij. q. ij. Et de istis duabus vltimis restrictionibus dicetur infrà in v. & vj. limitationibus regulę ñegatiuæ.

Quando Prælatus iurauit non alienare ultra formam iuris, inconsulto principe, tamen infeudabit eo non requisito res solitas infeudari.

Tertiò vltra eum non procedit dicta ampliatio, quando iurasset non alienare vltra formam iuris, superiore inconsulto: quia tunc in casibus à iure permissis non debet eum consulere. Et ita loquitur text. in d.c. ij. de feud. vbi si iurauit non infeudare de nouo, Romano Pontifice inconsulto, certè permittitur ei infeudare ea, quæ sunt solita infeudari, vt ibi dicitur. Et ita etiam loquitur

Hosti.

Hostiensis in Summa, quem allegaui suprá.

Ampliatio III. quòd Prælatus infeudat etiam Regalia, si sint solita infeudari.

Tertiò amplia dictam regulam, vt Prælatus posſit infeudare solita infeudari, etiamsi sint Regalia. Ita concludit glos. ij. in d. c. ij. qui feud. dare possunt, & sequuntur ibi Iac. de Bel. Nicol. de Neap. Bal. And. de Iser. Bertrand. Capr. Aluar. Mart. Laud. do. Cardi. & omnes scribentes, repræhendētes gl. quæ vult, quòd Regalia possunt concedi, alia nō: nam dicunt ipsi, quòd siue sint Regalia, siue non, idem est.

Regalia dicuntur, quæ data sunt Ecclesiæ à principe. Ea, quæ dantur Ecclesijs à manu regia, non possunt alienari.

Et intelligunt Regalia, ea quæ data sunt Ecclesię à principe. Et idem tenet etiam Bald. in c. j. ad fin. ij. col. Episc. vel Abb. & ibidem Mart. Laud. circa princ. ij. col. & respondent Doct. ad §. ea verò. in authen. de alie. & emphyt. vbi dicūt, quòd ea, quæ dantur Ecclesijs à manu regia, non possunt alienari: nam hoc est verum, quantum ad totalem alienationem, vel etiam quātum ad infeudationem, vbi non est consuetum. Ita dicit

Mart.Laud.in d.c.j.circa princ.ix.col. in tit.qui feud.da.poss.

Item Regalia iura, quæ Ecclesia non solet infeudare.

Item sentiunt præfati Doct. quòd etiam si sunt Regalia iura, quæ Ecclesia consueuit infeudare, de quibus infrà ti. proxi.§.& declarant.Bald.in d.c.j. in fi. princ.Episc.vel Abb.Alua.in d.c.i.circa med.iiij.col.qui feud.da.poss.& ibi do. Cardinal.post med. iij.col. Poterunt etiam, si ad Ecclesiam sint reversa, infeudari.Et adde, quæ dicam infrà in iiij. limitatione huius regulæ, vbi ponitur alia ampliatio.

Ampliatio IIII, quòd

Prælatus rem ad Ecclesiam reuersam ob feloniam uasalli, etiam infeudet.

Quartò amplia dictam regulam, vt posit prælatus infeudare rem ad Ecclesiam reversam, etiam si sit reversa per feloniam vasalli commissam in Ecclesiam, vel Prælatum, vt vult dom.Petr.de Ancha. in c. ij. de feud. & patet ex his, quæ dixi suprà in iiij.declaratione. Et istud satis est clarum.

Committens feloniam, uel aliter cadens à feudo, poterit reinuestiri. Filius censetur eadem persona cum patre. Prælatus non remittit uasallo feloniam in Ecclesiam commissam, licet in se commissam sit.

Sed

Sed fortiùs dico, quòd illemet, qui cécidit à feudo propter culpam, potest reinvestiri, etiãsi in rescripto diceretur, quòd res reversa ad ecclesiam deberet, vel posset alteri infeudari. Ita pulchrè determinat Petr. de Ancha. consil. clxx. incipiente, Casus talis est, quidam dominus Ricobinus. in vlt. col. & mouetur principaliter per text. in c. ij. de feu. vbi si pater cécidit à feudo per culpam, filius investitur, qui tamen censetur eadem persona cum patre, & respondet ad c. commissa. de elect. lib. vj. Et secundum prædicta procedunt, quæ volunt Mart. Laud. & do. Cardin. in c. j. §. similiter. circa fin. in tit. qui. mod. feud. amit. qui dicunt, quòd Prælatus non potest remittere vasallo feloniam commissam in Ecclesiam, licet commissam in eum sic: nam istud procedit, vbi feudum est commune Prę lato & capitulo, provt etiam dixi suprà in iiij. declaratione. ¶ Aduerte tamen, quia Pet. de Ancha. loquitur, quando vasallus cécidit à feudo propter culpam commissam in omittẽdo, non autem propter feloniam: & ideo si vasallus per feloniam cecidisset, quæ felonia respiceret iniuriam illatã Ecclesiæ, tunc non putarem, quòd Prælatus bene faceret investiens talem, per

d.c.commiſſa. & per ea, quæ dicentur infrà in tit.ex quib. cauſ.feud.amitt.

Ampliatio V. quòd Prælatus infeudet rem ſolitam infeudari, in eius coniunctos & propinquos.

Quintò amplia regulam prædictam, quòd Prælatus poteſt inveſtire de feudo ſolito concedi, etiam eius propinquos, & conſanguineos ſeu cognatos.

Refert opiniones ampliationis præcedentis varias.

Circa quod tñ variæ ſunt opiniones, quas latè proſequitur do. Card. in d. c. j. in vj. col. qui feud. da. poſſ. & ibi do. Iaſon in princ. quintę col. in quinta limitatione regulæ affirmatiuæ. ¶ Nam gl. in c. j. in verbo, Archiepiſcopus. in ti. qui ſucceſſ. ten. & in c. j. §. j. verſ. hæc omnia. in tit. ſi de inveſt. inter do. & vaſ. lis ori. tenent, quòd non, per text. vbi videtur caſus expreſſus in authent. quibuſcumque modis. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & facit bonus text. in c. pervenit. cum gloſ. j. quæſt. iij. vbi invehit contra Prælatos cæcos circa nepotes & cõſanguineos ſuos, qui eos quærunt ditare de bonis Eccleſiæ. Facit etiam, quod vult Archid. in c. non liceat Papæ. xij. q. ij. de quo dicto feci mentionem ſuprà §. proxim. in verſic. tertiò reſtringitur. cum ſeq. Et iſtam opinionem etiam ſequitur Bertran. Capri. in d. c. j. in fin. in j. col.

j.col.qui succes. ten. & ibi etiam dom. Mart.Laud.cum aliquibus tamen limitationibus,de quibus infrá. Istam opinionem videtur etiam tenere Bart.in d. authent.quibuscunque. ¶Inferens ad Abbates & Prælatos,licet referat postea in fin.Ia.de Bel.velle in d.c.j.qui feu. da.poss.quòd aliquando possunt concedere feuda perpetua consanguineis,scilicet si sunt pauperes. ¶Contrariam tamen opinionem, quòd imo rem solitam infeudari, & quam posset Prælatus alteri concedere,posit etiam consanguineo suo,dum tamen sit aliàs persona honesta, & non onerosa Ecclesiæ, tenet Iaco.de Bel.in d.c.j. qui feud. da. poss. quē ibi sequitur Bal.circa med.iij. col. & Bertr.Capr.post Iac.de Bel.circa med.v.col.Idē Bald.in d.authē. quibuscunque.& in c.cæteri. de iud. & in l. j. in xxv.quæstione,ff.de re.diuis. & in d. c.j.si de invest.inter do.& vas. lis oriatur.Et ibi etiam Aluar.in penult. col.ibi Bald.in c.de priore.de appell. & Archi.in c.Episcopus.x.q.ij.et Frederi. de Senis consil.lij.incipiente,quidam Prælatus.do.Card.in cle.j.in verbo, Abbates.in fin.de exces.prælat.do. Signoro. consil.ccxiiij.Andr.de Iser.in d.c. j. qui succes.te.in viij. column.Zabar. consil.

xxxiiij.in fin.& latè Pan. in c. vt super. in vlt.col.de reb.eccl.non ali.& in consil.xlij.incipiente, videndum est in effectu.in v.col.& Pet.de Ancha.in d. c. vt super.& ibi etiam videtur inclinare Io. de Imol.in penult.col.licet nõ clarè loquatur.Et ista est communis opinio, vt patet ex prædictis.Et refert ac sequitur Iason in loco superiùs allegato,& illam etiam sequitur ibi do.Cardi. & est glo. secũdum vnum intellectum in c. decẽter.lxxxix.dist.quam allegat Imol. vbi suprá. ¶Pro ista opinione multa adducuntur,maximè per Panor.in d.c. vt super. Adducit enim text.in c. si quis qualibet.iuncto §.præced.ij.q.iij.inducendo,vt ibi per eum. Item quia cęteris parib.melius est bene facere suis,quàm extraneis,c. non satis. lxxxvj. dist. & per Archi.in d.c.Episcopus.x.q.ij.Facit etiam c.dilecto.de præbend.cum similibus.

Ad authent. quibuscunque. variæ solutiones ponuntur.

Ad d. authent. quibuscunque. variæ dantur solutiones: vna est, quam ponit Andr.de Iser.vbi suprà,quòd dispositio illius authen. non habet locum de iure Canonico,quanvis sit canonizata in c.hæc vsus.versiç.quibuscunque.xij. q.ij.

q.ij.ſicut dicimus de ſolennitatibus, de quibus in authent. hoc ius porrectum. eo.tit.vt notant gloſ.Innoc. & Doct.in c. dudum.de rebus eccle.non alie.cum concord.traditis per Modern. in d. authen.hoc ius porrectum.Et ita etiam reſpondet Pan.in conſil.præallegato. Et iſtam ſol. ponit Frede. de Sen. in dicto conſil.& ſequitur Pan. in d. c. vt ſuprá. ¶Sed iſta ſolutio non multùm placet, ex quo non reperitur contrarium deciſum de iure Canonico, & illa authent. eſt canonizata. ¶Vnde ſecunda datur ſolutio,quòd illa authent. procedat in rebus non ſolitis infeudari: ſecùs in feudis antiquis.Et iſtam ſolutionem ponit Bald.in d.authent.Et idem Bald.in d.l. j.de rerum diui.& in c.de priore.de appellat.& ferè in omnibus locis ſuprà allegatis, vbi tenet hanc opinionem,& Aluar.in d.c.j.ſi de inveſt.inter dom. & vaſall.Sed iſtam ſolutionem reprehendit do.Marr.Laud.in d.c.j.qui feud.da. poſſunt.& Bertrand. Capri.in d.c.j.qui ſucc.ten.quia imo illa authen.loquitur in caſu,in quo alienatio aliàs eſſet licita, alioquin nihil poneret ſpeciale in propinquis & conſanguineis. ¶Vnde Bald.in d.c.j.qui feud.da.poſſ. dat aliã ſolutionem,quòd d. authent. loquitur

de iure communi,& in re emphyteotica:nos loquimur in iure consuetudinario,& in re feudali, quod magis innititur gratiæ. ¶Quæ etiam solutio non mihi multùm placet, quia in ista materia investituræ feudi, quæ fit per Prælatum,nos arguimus in omnibus ferè de emphyteosi ad feudum,& de iuribus loquentibus de alienatione rerum Ecclesiæ. ¶Et ideo alia datur solutio,quòd illa authent. loquatur de alienatione, quæ fit per Oeconomum, qui non habet nisi administrationem Ecclesię:nos loquimur de ea, quæ fit per Prælatum. Hanc solutionem ponit Pet.de Ançha. in d.c.vt super.de rebus eccle.non alie. & ibi Pan.in fin. ¶Ista solutio non placet Imo.in d.c.vt super.quia eadé videtur militare suspicio in vtroque:nam ratio illius authent. est propter administrationem quam habet: & ideo dicit And.de Iser.in d.c.j.qui succes.te. quòd glos.iuris Ciuilis resident in hoc, quòd Oeconomus & alij, qui administrant, non possunt acquirere, sicut dicitur in alijs administrationibus in l.non licet. ff.de contrahen.empt.& in l.principalibus.ff.si cert.pet.cum concord. Vnde eadem videtur esse ratio in Pręlato,qui administrat. ¶Attamen ista solutio vltima

tima mihi videtur magis sustentabilis, & vera, quia magis confidit lex de vero Prælato, cuius sunt oues proprię: quàm de Oeconomo, qui est mercenarius. Et in ista materia habemus expressum, q̃ nullus administrator potest infeudare, nisi habeat titulum in beneficio, vt dixi suprà in ij. declaratione huius regulæ. Item d.l. non licet. & l. constitutionibus. non procedunt in administratore perpetuo, qualis est Prælatus, vt notant Doct. maximè Mod. in d. l. principalibus.

Communis opinio habet, quòd Prælatus inferior possit etiam inuestire consanguineos.

Teneo ergo cum cõmuni opinione, ꝓ qua dicit Bald. in d. c. j. qui feud. dare possunt. esse text. à contrario sensu in §. summopere. de capi. extraor. vbi dicit text. etiam, quòd si coniunctæ personæ gratia tale dederit feudũ, q̃ ex eo duos similes vasallos acquirere posset, invtile est beneficium: & loquitur in feudo Ecclesiastico. ¶Ista conclusio licet sit vera, tamen est aliquid speciale in infeudatione, quæ fit alicui personæ coniunctæ.

In infeudatione facta consanguineis faciliùs præsumitur fraus.

Primò,quia vbi esset dubium, an talis infeudatio esset licita, vel non, faciliùs præsumeretur fraus, vt est de mente omnium,& dixi suprà §.proxi. ver. aut verò Papa.

Prælatus de re ad Ecclesiam nondum deuoluta non poterit consanguineum inuestire, licet extraneum sic.

Item & licet de re nondum ad Ecclesiam devoluta possit Prelatus investire, secundum tamen id,quod dicetur infrà tit.ij.§. tertio, hoc non licebit Prælato facere consanguineo suo. Ita dicit Bal. in conclusionibus,quas ponit in ti.qui succes.tene.& sequitur Mart. Laud. in d.c.j.in prin.eo.tit.circa med.ij.col. Et ita intelligit glos.ibi, referendo ad terminos,in quibus loquitur text.

Ampliatio VI.quòd Prælatus teneatur de honestate reinuestire.

Sextò ampliatur dicta regula, quòd nedum permittitur Prælato reinvestire de feudo ad ecclesiam reverso:quinimmo saltē de honestate ad hoc tenetur, per ea quæ vult Bart.in l.j.in §.permittitur. de aqua quoti.& æsti.vbi dicit,ꝙ si est finita emphyteosis, tenetur Prælatus concedere descendentibus eius, in cuius persona est finita : aliàs fit eis iniuria, & possent appellare ; allega.not.

in

in c.bonæ.j.de poſtul.prælat.& in l.nullus.C.de decur.lib.x.et ad terminos noſtros extendit Petr.de Ancha.in d.conſil.clxx.in fin.ij.col.cum ſeq. Et de illo dicto Bart.in d.§.permittitur. vide aliquid per Bald.in c.ex tranſmiſſa.de renunciat.& latiùs Alex.in j.volum.conſil. lxxx.in ſecundo dubio,& in iij.vol. conſil.x.in vlt.col.& Rom. conſil. xxij. in iiij.dubio,& conſil.lxx. in ij. dubio, & Iaſon in tracta. de iure emphyteo. in l.ij.in j.col.In quibus locis dantur plures limitationes,& declarationes ad illud dictum, ſed reſeruo dicendum infrà in tit.qualiter feudum ad dominum revertatur.

Ampliatio VII.quòd Prælatus etiam non conſecratus infeudet.

Septimò amplia,vt procedat nedum in Prælato conſecrato,ſed etiam in confirmato,ſecundum Baldum in c.j. circa princip.in tit.qui ſucceſ.te. per c.tranſmiſſam.cum ibi not.de elect. Ad quod addo multa,quæ ponit Felin. in c. eam te.in iij.col. de reſcript. & quia in hoc nihil ponitur ſpeciale in feudum, non proſequor: concernit enim vniuerſalem materiam adminiſtrationis Prælatorum.

Ampliatio VIII. *quòd*
Prælatus etiam in articulo mortis existens infeudet.

Octauò amplia, vt procedat etiam, si Prælatus sit in articulo mortis, prout dicam infrà, §. proximo, in tertia ampliatione.

Aggreditur LIMITATIONES, *absolutis declarationibus & ampliationibus.*

Limitatur autem regula suprà posita pluribus modis, per Modern. in d.c.j. qui feud.dar.possunt. & vltra eorum limitationes, seu fallentias, dabo alias plures.

Limitatio I. *quòd*
Prælatus non infeudet rem ad ecclesiam non deuolutam.

Primò igitur limitatur dicta regula, vt procedat, nisi Prælatus vellet infeudare rem, quę nondum est ad ecclesiam devoluta, per c.j. in tit. qui succes. te. & c.j. de cleri. qui investi. fec. Et hanc limitationem ponunt Alua. in d.c.j. in princip. in pen. col. qui feud. da. poss. & ibidem do. Cardin. in j. fall. & Mart. Laud. in princ. x. col. & Ias. in fin. iij. in j. limitatione regulæ affirmatiuæ. Sed de hoc reseruo dicendum infrà §. fi. Et ex ibi dictis patebit, an in hoc sit differentia inter Prælatum & alium.

Limita-

Limitatio II, quòd
Prælatus non infeudet res spirituales ecclesiæ.

Secundò limita, vt procedat in rebus temporalibus ecclesiæ, secus autem in spiritualibus, putà decimis, vel in ipsamet ecclesia, quæ non potest infeudari: sed de hoc reseruo dicendum infrà in tit. ij. §. ij. circa princ.

Limitatio III. quòd
Si consuetudo infeudandi fuisset inducta per uiolentiam, Prælatus tunc non infeudet.

Tertiò fallit, quando consuetudo esset inducta per violentiam, secundum Bald. in d. c. j. qui feud. dar. poss. in fi. iij. col. Allegat not. per Io. Andr. in c. fi. de rebus eccle. non ali. in Nouel. & idem vult ibi Iaco. de Bel. & sequitur Aluar. in sua dist. ad fin. viij. col. & ibi do. Cardin. in princ. penult. col. in viij. fal. aliàs est vlt. col. & satis patet ex ijs, quæ dicta sunt suprà in vij. declaratione.

Limitatio IIII. quòd
Si bona sunt collata ecclesiæ cũ pacto, ut non alienentur, Prælatus non infeudet.

Quartò limita, vt non procedat, quã do bona essent collata ecclesiæ ea conditione, ne alienentur. Ita limitat Aluarot. in d. c. j. circa princip. penul. col. qui feud. da. poss. post Iac. Ardiz. ibi, per §.

ſanctiſsimas.in authent. de alie.& emphyt. refert do.Car.vbi ſuprà, in ix.fal. & remittit ad not.per ſe in c.j.Epiſc.vel Abb.vbi nihil dicetur,& in c.verùm.de cond.appel. & ibi latè ponit in penul. col.Addo,quòd hoc idem etiam vult §. Lapus.in authen.hoc iusporrectum.C. de ſac.ſanct.eccleſ.per illum §.ſanctiſsi mas.& ibi Salic.in ij.col.& in terminis Bald.in c.j.§.præterea. de capit. Conrad.qui dicit,quòd licet vaſallus poſsit alteri infeudare,tamen hoc fallit,quando eſſet conceſſum ea lege,ne alienaretur:quia talis prohibitio facta ab homine impedit etiam alienationem licitã. Et illud dictum ſequitur Aret. conſilio xxij.in ij.col.de quo dicto facit mẽtionem Iaſ.in d.c.j.in princ. qui feud. dar. poſſ.in penult.col.licet aliqualiter dubitet.Illud etiam dictum refert Alex.in l.filiusfa.§.diui.in ij.col.de leg.j.& Fel. in c.quæ in eccleſiarum.in xxvj.col. de conſtit.licet etiam dubitet de hoc.Dicã infrà in tit.de ali.feud. ¶Pro iſta limitatione,quòd vbi concurrit duplex prohibitio alienationis, nõ permittatur etiã in caſu aliàs permiſſo, adduco text. in c.nihil.§.fin.verſic.ſic tamen. de electio.& gloſ.in c.qualiter.in gloſ. j. eod. tit.& gloſ.in c.venerabili.de offic. deleg.

leg.&ibi Hosti.& Pan.circa fin. ¶Ad idem etiam adduco Cuma.& Imol.in l. filiusfamiliâs.§.diui. de legatis primo. &ibi Alexand.in fin.j. colum. qui volunt,quòd prohibitio testatoris iuncta cum prohibitione legis operatur,vt impediat alienationem etiam aliàs permissam.Et sequitur Barb.in j.vol. consil.xliij.in xvij.col.circa fin. ¶Fuerunt tamen super hoc opiniones,quas refert glo.in d.c.verùm.de cond.app.quia dixerunt quidam, quòd dum modò alienatio fiat ad alium pium vsum, licet transferatur ab vsu destinato, non est prohibitum:quæ tamen opinio cõmuniter reprehenditur per glo. & Doc.in d.c.verùm. ¶Item Paul.de Cast.in cõsil.xvj.tenet indistinctè,quòd,ex quo ista prohibitio est facta fauore ecclesiæ, non ligat,quò minùs ecclesia possit illam rem alienare,faciendo suam conditionem meliorem: quia dicitur nudum præceptum,quod fit tãtùm fauore prohibiti,per l.filiusfamiliâs.§.diui.cum ibi not.ff.de lega.j.Et ita per plura concludit: sed iura,quę allegat,loquuntur, vbi concurrit tãtùm vnica prohibitio: &non bene loquitur. ¶Iason etiam in d.c.j.in pen.col. qui feud. dar. poss. in illa quæstione,an vasallus possit in-

infeudare rem, quam accepit in feudũ, si conventum sit, vt illa non alienetur? Contra decisionem Bald. duo fundamenta adducit: primũ est, quia ista prohibitio censetur facta eo modo, quo fit à lege: vnde nihil debet operari, per l. hæc verba. cum materia ff. de legat. j. ¶Sed istud est debile fundamẽtũ, quia non exprimitur per modum, qui tacitè inest à lege: quia lex non simpliciter prohibet alienationem, sed illam, quæ fit sine causa legitima: & sic prohibitio hominis operatur per d. §. sanctissimas. in authen. de ali. & emphyt. cui non potest responderi. Et ita soluunt Petr. Bar. & Doct. communiter in d. l. hæc verba. & Bar. in l. si is cui. de leg. ij. Bart. & alij in l. stipulationes non diuiduntur. §. fi. de verb. obli. cum concord. traditis per Mod. in d. l. hæc verba. & Felin. in c. ad audientiam. ij. in vij. col. de rescript. ¶Secundò obstat secundum Iasonem, quia ista non propriè dicitur alienatio, ex quo directum dominium remanet apud infeudantem. Et idem dicit Feli. in d. c. quæ in ecclesiarum. in xxvj. col. ad fin. de constit. Allegat Pan. in c. cùm Apostolica. de his quæ fi. à prælat. Et vterque eorum, scilicet Felin. & Ias. relinquunt cogitandum. ¶Tamen facilis est

est responsio, quia simpliciter loquendo, quando transfertur vtile dominiũ, dicitur alienatio, etiamsi per titulum locationis ad longum tempus, vt dicit Bald. in d. authent. hoc ius porrectum. in j. col. & Archid. in c. Apostolicos. xij. q. ij. & probatur in c. ij. de feud. & in c. nulli. & ibi not. de re. eccle. non ali. Dicetur infrà in tit. de ali. feud. §. licet secundum materiam subiectá aliquando permittatur infeudatio ei, qui prohibetur alienare. Bene faciunt, quæ dicta sunt suprà in vij. declaratione huius regulæ affirmatiuæ.

Quando prohibitio hominis concurrit cum prohibitione legis in alienatione, tunc alienatio impeditur.

Vnde concludendo dico, quòd subsistente tali prohibitione hominis cum prohibitione legis, impeditur regulariter alienatio, vti in casu aliàs à iure permisso.

Tunc alienatio fieri potest, quando ex causa extremæ necessitatis fit.

Ista tamen conclusio recipit quatuor notabiles restrictiones: prima est, quòd nó intelligitur prohibita alienatio, quę fit ex causa extremæ necessitatis, vbi non subest alia res, quæ possit alienari, & necessitas respicit ipsam personam

prohibitam.Ita concludunt glos.tenere Io.Andr.But.Pan.& d.Card.Alex.in d.c.verùm.de cond. appos.& Areti.qui notabiliter loquitur in consil.xxij. ad fin.ij.col. & Archid. in c. Apostolicos. xij.q.ij.quem allegat Alex.in d.l.filiusfamiliâs.§.diui.de leg.j.in ij.col.vbi etiam allegat Ang. in §.hoc etiam.in authent.de ali.& emphyt. & Bald.in authent.hoc ius porrectum. in vltim. col. C.de sacrosanct. eccles. qui tamen aliter loquitur, & dicit procedere solùm de iure Canonico,non de iure ciuili.Et istud videtur etiam tenere Alex. in d.§. diui.& respōdet ad iura,quæ adducuntur pro ista parte, & referam in tertia restrictione.

Quando est,quòd alienatio quæ fit ex necessitate,contra prohibitionem teneat.

Puto tamen aliam opinionem communem esse veriorem,dum modò concurrant tria copulatiua: scilicet, quòd sit magna necessitas:item &,quòd ista respiciat ecclesiam, cui res est relicta sub illa conditione:item &,quòd non subsit alia res,quæ possit alienari, & ex qua possit illi necessitati subveniri: & in hoc apparet differre hanc restrictionem à quarta limitatione sequentis regulæ negatiuæ.

Res

Res prohibita alienatur ex necessitate rem ipsam respiciente.

Secundò restringe, quando subesset necessitas respiciens rem, hoc est, quia illa res non posset seruari, secundum glos. in c. qualiter. de elect. glos. & Doc. in c. fin. de accusat. & ponit Pan. in c. venerabili. ad fin. ij. col. de elect. ¶Et licet ponant exemplum de rebus mobilibus, quę seruando seruari non possunt, tamẽ idem puto de immobilibus, quas aliàs ecclesia omnino perderet, quia sunt fortassè in manu tyranni sine spe recuperationis: sed quod dicetur infrà in iij. fallent. seu limitatione sequentis regulæ, tamen hîc requiro impossibilitatem saltem verisimilem: quia concurrit duplex ꝓhibitio, ibi difficultas probabilis sufficeret.

Res prohibita alienari in casu, circa quem prohibens non potuisset disponere, alienatur.

Tertiò restringit pulchrè & notabiliter Paul. de Cast. in consil. xiij. nisi casus alienationis, qui nunc contingit, esset talis, circa quem testator vel donator disponere non potuisset: vnde si testator rem subiectam restitutioni prohibet alienari, non tãtùm impediet alienationem, quæ fieret ex causa dotis fi-

liæ prohibitæ, ex quo pater ad dotandum tenebatur, vt l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obl. & not. gl. & Doct. in l. j. ff. sol. mat. Et istud etiam vult Alex. in d. §. diui. quãdo fieret alienatio pro debitis illius testatoris. Et ita intelligit iura, quæ adducuntur pro conclusione prædicta, l. pater. in princ. de leg. iij. & l. cum fideicommissis. ff. de fideicom. lib. Et in terminis nostris idem dici poterit, si reperiatur paritas terminorum in ecclesia.

Res prohibita alienari potest alienari in similibus per missis, uel maioribus.

Quartò restringe, nisi testator, qui reliquit ecclesiæ, permisisset alienationẽ in certis casibus: quia tunc si contingeret casus similis, vel maior illo, de quo si testator cogitasset, verisimiliter idem statuisset, certè erit licita alienatio, per l. ob æs. cum glos. C. de prædi. mi. cum concord. adductis per Alexan. in quarto volum. consil. cxxx. in iij. col. Bene facit glos. in l. tale pactum. §. final. ff. de pact. cum concord. adductis per Roma. consil. cccxcij. ad fin. & per Alexan. in ij. vol. consil. xiiij. in xj. colum. & consilio ccxviij. in ix. col. et in iiij. vol. consil. liij. in iiij. colum. & per Iason. in l. Barbarius.

barius. in iiij.not.per illũ text.de offic. Præto.& Barba.in j.volum.consil.vj.in viij. col.& consil.xlij.in iij. col. & in ij. vol.consil.xxvij.in iiij.col. Et faciunt, quæ dixi s̃ §.prox.in ij.col.versic.secundò limita. Et in istis terminis posset ꝓcedere opinio tenentium,quòd res relicta Ecclesiæ ad certum vsum in fauorem relinquentis, potest converti in alium: de quo in d. c. verùm. cum concord.scilicet,quando vltra relictum nõ prohibuit alienari, vel si prohibuit, nõ generaliter, sed exceptis aliquibus casibus.

Res relicta ecclesiæ ad certum usum in fauorem relinquentis, potest in alium conuerti.

Sed advertendum est circa istam limitationem,quia videntur multùm obstare ea, quæ dicta sunt suprà in iij.ampliatione huius regulæ,vbi habetur, ꝗ etiam ea,quæ concessa sunt Ecclesiæ à principe,possunt infeudari,si subest cõsuetudo infeudandi.Et videntur hoc tenere communiter Doct.vt ibi retuli, & respondent ad text.in §.ea vèrò. in authent.de alien.& emphyt. Et idem est text. in authent. hoc ius porrectum. §. responsio.C.de sacr.sanct.eccles. quòd loquuntur & procedunt, nisi superve-

nerit consuetudo alienandi: nam certè ibi concurrit duplex prohibitio, sicut hîc: item isti duo casus ponuntur à pari, vel quòd res sit concessa ecclesiæ à principe, vel quòd sit prohibita alienari, vt tradit glos. cum qua trãseunt Doc. maximè Salic. in d. authent. hoc ius porrectum. ¶ Vnde aut ista limitatio intelligitur, quando non esset solita res infeudari, & nihil valet, quia tunc etiam cessante prohibitione hominis concedi non posset: aut intelligitur in re solita concedi, & tunc videtur, vel ꝙ illa iij. ampliatio, vel ista limitatio sit falsa. ¶ Tamen pro declaratione vtriusque posset dici, quòd ad infeudationem legitimè faciendam non sufficeret intervenisse solennitates legitimas requisitas in alienatione rerum ecclesiæ, quando concurrit prohibitio hominis, vel quando res pervenit à principe, & in alijs quinque casibus, de quibus per glos. in d. authent. hoc ius porrectum. ad hoc, vt alienatio diceretur legitimè facta. Et ita loquuntur ferè omnes glos. & authoritates præalleg. tamen, quando talis res, in qua concurrit duplex prohibitio, fuit semel legitimè alienata, vel bis cum cursu xl. annorum, secundum quod declarant suprà in vij. declaratio-

ratione huius regulę, tunc certè, si sit ad ecclesiam reversa, ex quo semel est effecta alienabilis, cessant omnes prohibitiones, et poterit iterũ infeudari: quicquid dixerit Iac. de Ardiz. quem retuli in princip. huius limitationis. Et ita in specie determinat Mart. Lauden. post And. de Iser. in d.c.j. circa princ. ix. col. qui feud. da. poss.

Res prohibita alienari certo casu, potest præscribi.

Et pro hoc facit, quod determinat Bart. in d.l. filiusfamiliâs. §. diui. in pen. quæstione, de legat. j. vbi concludit, quòd res, quæ aliquo casu potest alienari, licet regulariter sit prohibita alienatio, potest tamen præscribi tacito consensu eorum, quorum interest. Et sequũtur communiter Doct. vt ibi per Alex. in antepenult. col. & in iij. vol. consil. lvij. aliàs lix. incipiente, Attẽtis verbis testamenti. in vj. col. & per Felin. post Pan. in c. non liceat. in iiij. col. de præscript. Ex quo ergo tales res possunt aliquo casu alienari, vt proximè dixi, sequitur, quòd etiam poterit induci consuetudo super earum alienatione, dum tamen sit legitimè præscripta.

Relicta simpliciter ecclesiæ, censentur relicta in usus pauperum.

Et eadem per omnia dicenda sunt in omnibus, quæ sunt relicta ecclesię simpliciter: quia intelligitur semper ad vsus pauperum, vt dicit Bald. in d. c. j. circa med. iij. col. qui feud. da. poſ. & sequitur ibi do. Card. circa med. iij. col. Allegant Innoc. & Io. Andr. in c. vt super. de rebus eccl. non alie.

Relicta pro anima regulariter prohibentur alienari.

Ipsa etiã si pro anima sint relicta, quia tunc regulariter prohibentur alienari, vt no. in c. in nostra. de sepul. & tangit do. Martin. in d. c. j. circa princ. ix. col. q feud. dar. poſſ. Iſta enim parificantur, et dicuntur legata pia, vt declarat Bart. in repetit. l. j. in ij. q. principali, C. de sacr. sanct. eccle. & ibi alij, maximè Iason in vj. col. Vnde in omnibus iſtis cócludo, quòd ſtante consuetudine poſſunt infeudari: aliàs autem regulariter nó poſſent, niſi provt dictum eſt suprá. Et hoc, quando sunt relictæ ad aliquem certum vſum reſpicientem fauorem teſtatoris, vel quando intervenit prohibitio alienationis, secundum superiùs dicta: alioquin diceretur non concurrere aliqua specialis ratio prohibitionis, niſi ea, quæ prohibet cæteras res eccleſiæ alienari.

Archie-

Archiepiscopus Mediolani quãdo possit infeudare res suæ ecclesiæ ad eum reuersas.

Quintò fallit in Archiepiscopo Mediolani, qui licet possit res sibi apertas tempore sui regiminis infeudare, tamẽ res, quas tempore sui introitus reperit apertas ecclesiæ suę, non poterit. Text. est in c.j.vlt.respons.in tit.de cleric.qui investi. fa. Tamen glos. ibi & communiter Doct.dicunt, quòd illud c. hodie non seruatur, & quòd idem ius seruatur in illo, quod in alijs: & sequuntur omnes ibi, & do.Martin.in d.c.j. in penultim.colum.in quarta fall.qui feud. da.poss.

Quando Ecclesia est deducta ad inopiam, feudum ad eum reuersum non potest Prælatus infeudare.

Sextò fallit, seu limitatur, quando ecclesia, ad quam feudum est reversum, esset deducta ad inopiam post primam infeudationem: quia tunc debet Prælatus id pro ecclesia sua retinere. Ita dicit Aluar.in dic.c.j.ad fin.viij. colum. qui feud.dar.poss.post Iac. de Bel.& sequitur ibi do.Cardin.in penult. col.in vlt. fall.& ibidem Marti.Laud. circa fin. in vltima fallentia allegat textum. in authen.vt detur fic in cle.col. Allegat etiã do.Cardin.text. in d. c. ij. de feud.ibi,

si videritis expedire. à contrario sensu, quod dicit singulariter notandum: & secũdum istam limitationem potest intelligi sequens.

Quando cessat causa primæ infeudationis, res reuersa ad ecclesiam non potest infeudari.

Septimò ergo limitatur vltra Doc. in d.c.j. qui feud. da. poss. nisi cessaret causa primæ cõcessionis, vtputà si ecclesia fuit mota prima vice ad infeudandum prædium infertile, eò quia non erat cultum, vt coleretur: deinde, postquã fuit reductum ad culturam, revertatur ad ecclesiam, certè non poterit prælatus iterum infeudare: secùs, si prima causa duret, an fortè infeudatum sit castrum, qđ affert ecclesiæ sumptum pro custodia, & est modici reditus, & sic de similib. Ita determinat Pan. in c. vt super. in fin. j. col. de rebus eccles. non alie. per regulam c. cùm cessante. de appel. Et dicit, quòd licet non inveniat istam limitationem tactam à Doct. tamen est verissima & rationabilis. ¶Istam limitationem refert do. Cardi. in d.c. j. in princ. in vlt. col. & dicit illam esse æquissimã: tamen in fine dicit, quòd communis practica nõ acceptat hanc limitationẽ, quia est nimis rigorosa contra contrahentes cum ecclesia. ¶Ego autẽ puto hanc

hanc limitationem sine difficultate ꝓcedere in casu proximæ limitationis.

¶Item puto, quòd subsistente causa noua, vel cessante causa primæ infeudationis, posit Prælatus retinere: nec facit iniuriam descendentibus, vel alijs propinquis illius, in cuius persona defecit feudũ, si non vult eos reinvestire, per text. in d. c. ij. de feud. ibi, si videris expedire. Et ita limitatur & declaratur vltima ampliatio, quam remisiuè dedi suprà ad hanc regulam. ¶Sed q̃, Prælatus non posit si velit, non admitto: primò, per illum text. qui relinquit arbitrio Prælati, per verbum, si viderit. iuxta ea, quæ plenè notant Doct. maximè Moder. in l. si sic. in princ. de legat. j. & per Moder. in c. j. de constit. Et subijcitur ibi verbum, liberè. quod permittit in omni casu infeudationẽ, vbi Prælato videbitur, vt per glos. in Cle. dudum. de sepul. et in c. j. de sup. negl. prelat. lib. vj. & ibi Archid. cum alijs concord. adductis per Alex. in l. si mihi & Titio. in fin. antepenult. col. de ver. obl. & per Felin. in c. j. in vj. col. & in c. causam. in xij. col. de rescript. & in c. irrefragabili. in penul. col. de offic. ord. & in c. inter quatuor. in vlt. col. de ma. & obed. cũ alijs multis, quæ adduci possent, sed

est extra materiam. ¶Non obstat modò c.cum cessante. de appel. quia etiamsi dicamus istam fuisse causam finalem in feudandi, vt prædium coleretur, tamen cessante illa causa non cessabit effectus: quia iam ille effectus est cõsumatus, ex quo per alienationem licitè factam res est effecta alienabilis, arg.l.pater.§. qndecim.de legat.iij.per doctrinam Bart. & aliorum in l.ij.§. fin. ff. de donat. & Modern. in d.c.cum cessante. maximè do.Car. Alexan. ibi in prima col. Aliàs, si diceremus istam infeudationem habere causam limitatá pro necessitate Ecclesiæ, & non permitteretur liberè ipsi Prælato infeudare certa finita causa infeudationis, etiamsi nondum fuisset finita emphyteosis, vel feudum, ecclesia posset repetere, nec potuisset concedi in perpetuum feudum, sed ad tempus, donec esset res meliorata, per id quod dicit Bald. in l.prima, in princip. in vltim.col.versic.quæro, præses.ff. de offic.eius, cui mád.est iuris. & sequũtur ibi communiter Doct. vt refert Alexá. in xxviij. colum. & ibi etiam per Modernos.

Limitatio VIII. quòd

Prælatus non renouet inuestituram in præiudicium ecclesiæ.

Octauò

Octauò limitatur regula prædicta, quia licet Prælatus posſit renouare inueſtituram,non tamen poteſt illam alterare in præiudicium eccleſię,hoc eſt, in duriorem caſum:putà, ſi erat cõceſſa pro maſculo tantùm, concedere non poſſet pro maſculo & fœmellis. Ita limitat Iaco. de Bel. in d.c.qui feud.dar. poſſ.& ſequuntur ibi Aluar.circa med. penul.col. & Bert.Capri.ad fi.v.& Marti.Laud.circa fin.& do. Card.in fin.iiij. col.qui allegat Bar. in authen.qui rem. C.de ſac.ſanct.eccl.& Bald.in authent. ſi quas ruinas.eo.tit.et in l.etiam.ff.ſol. mat.& in l.ſi pupillorum.§.fin.ff.de rebus eorum.& Cald.in rubrica,de feud. conſil.xj.Ang.in §.emphyteoſim. in authent.de alie.& emphy.Imol.in l.quod dicitur.ff.de ver.ob.& in c.quę in eccleſiarum.de conſtit. & in c. ij. de feud. & ibi hoc ponit in xiiij.col.Addo bonum text.in §.ſimiliter.in tit.de leg. Con.& ibi notant Iac.de Bel.Aluar.Mart.Lauden.& do.Card.Alex. Addo etiam Cuma.conſil.xcix.incipiẽte,Quędam poſſeſsio. in j.dubio. Refert tñ do. Cardi. in d.c.j.in princ.in penult. col. qui feu. dar.poſſunt,Calder.in d.conſil.xj.fuiſſe in noua phantaſia,quòd non dicatur alterata conceſsio feudi, & accidẽtalia

tantùm mutantur, vt in exemplo suprà posito, sed solùm, quando mutãtur substantialia. Sed ipse eum reprehendit, et allegat Bart. in consi. clxj. incipiente, in nomine, etc. proponitur. in ij. col. aliàs est consilium clvj. Et verè ex iuribus statim allegandis apparebit hanc opinionem esse valde erroneam.

Prælatus non potest censum Ecclesiæ debitum diminuere sine solennitate.

Et per hoc tangit do. Cardin. in d. c. j. in princ. vj. col. an possit Prælatus diminuere censum debitum ecclesiæ? Et quid etiam in principe? Sed quatenus loquitur de Prælato inferiori, patet ex præmissis, quòd non potest sine solennitate requisita in alienatione rerum ecclesię. Quãtum autem ad principem, dicendum est, vt dixi suprà §. j. vbi feci mentionem de eius dictis in d. c. j. ¶ Item nec potest aliter facere duriorem causam ecclesiæ, & ideo si ecclesia consueuit infeudare laico, non potest infeudare alteri ecclesiæ, quæ non posset pręstare seruitia, quæ pręstabat laicus, vel quæ non ita faciliter potest amittere feudum, vt decidit do. Cardi. Zabar. in consil. xxxiiij. in j. dubio, & Alex. in iij. vol. consil. ix. in j. & ij. col. vbi idem dicit

cit, quando concederetur alicui communitati, vel personæ potentiori. Allegat inter cætera Bald. in d. authentica, si quas ruinas. C. de sacr. sanct. eccles. & dicetur infrà in xiij. limitatione huius regulæ, & ponit Iason in c. j. in fin. viij. col. qui feud. da. poss. ¶Hæc tamen limitatio restringitur secundum quosdã, nisi ex causa legitima: putà, si sit concessum feudum pro masculis tantùm, potest Prælatus propter aliquod notabile seruitium vasalli concedere etiam pro fœmellis, per text. in c. ij. §. profectò. in tit. de l. Conra. per quẽ ita dicit Iac. de Bel. in sæpe alleg. c. j. in princ. qui feud. da. poss. & sequitur ibi Alua. circa med. penult. col. & ibi do. Card. circa princ. penult. col. allegans Nicol. de Neapol. ibi, & Imol. post do. Cardin. in c. ij. de feud. tamen Imol. non dicit. ¶Sed Martin. de Laud. in d. c. j. ad fin. princ. qui feud. da. poss. tenet contrarium, per prædicta: quòd etiam, vbi subest causa alienationis, requiritur authoritas superioris et solennitas: quia consuetudo infeudandi non extẽditur, l. de quibus. ff. de legib. c. auditis. de præscript. & iura allegata pro contraria opinione loquuntur in laicis, qui habent liberam administrationem. ¶Et istam opinio-

nem puto veram de iure, per ea quæ dicam infrà in quinta ampliatione sequētis regulæ, iunctis ijs, quę dicta sunt suprà in ista limitatione: ex quibus apparet iudicari de ista alteratione, sicut de noua infeudatione. Et idem etiam puto circa alias innouationes, putà circa diminutionem seruitij, & similia: de quo vltimo tangit do. Cardin. in sæpe alleg. c. j. circa princip. vj. col. & videtur sentire contrariū, dum loquitur in prælato. ¶Posset tamen communis opinio saluari, quādo diminutio esset modica, & de causa appareret, secundū ea, quæ dicam infrà in iij. limitatione sequētis regulæ, & etiam in iiij. in fine. ¶Sed stat pulchra quæstio circa hanc limitationem: quid si fuerit ista facta cócessio vltra formam licitam, et consuetam? putà, cùm esset consuetudo infeudandi in masculos tantùm, infeudauit in masculos & fœmellas, an valebit talis infeudatio, saltem quo ad masculos? Et sic, quātum ad formam licitam? ¶Hanc quæstionem tangit Bal. in d. c. j. circa princ. iiij. col. & determinat, quòd sic: quia ex quo licitū est separabile ab illicito, non debet vtile per invtile vitiari. Allegat l. Clodia. ff. de acqui. hær. & sequitur ibi simpliciter Martin. Lauden. in fin. per l. sanci-

ſancimus.C.de donat. Iſtam quæſtionem tangit latiùs do. Card. Alexan. in d.c.j.in penult.col. & Alexand. in l.j.§. penulti.in penult.colum. & in l.quod dicitur.ad fin.ff.de verb.obl.&Iaſ.in authen.qui rem.C.de ſacr.ſanct.eccleſ. in vltim.colum. ¶Et in primis quidem Bartol. in d.authen.qui rem. in fin.dicit ſe dubitare: tamen prima facie dicit videri dicendum, quòd conceſsio in totum non valeat:primò, per text.vbi dicit,videri caſum in c.j.§. fin. in tit.de l. Conrad.Item,quia non poteſt emphyteoſis, ſeu feudum concedi in perpetuum,niſi ſtante conſuetudine: ſed conſuetudo non porrigitur à principio vltra id,quod agitur,l.j.§. Iulianus. ff. de itin.actuque pri.ergo, etc. ¶Iſtam opinionem etiã tenet Ang.in §.emphyteoſim. per illum text.in fin. in authent. de alienat.& emphyt.vbi textus dicit, nec,quod ſit habere aliquod penitùs robur ſinimus.

Dictio Penitus,idem importat,quod dictio Omnino,ſeu In totum.

Quem text.dicit inexpugnabilem Iaſon in d.authen.qui rem.ponderãdo dictionem,Penitùs. quæ importat idem, qđ dictio,Omnino. ſeu,In totũ.l.ambi

quitatẽ.C.de vsufruct. & l.j. C. de gladi.lib.xj.& c.super eo. de hære. lib. vj. Archid.in c.j.de suppl.negl.prælat. eo. lib.Alex. in l. qui vsumfructum. ff. de verb. obl. cum similibus. ¶Item ponderat illa verba, nullo modo.iuncto dicto verbo, penitus.quę verba geminata operantur, vt nullo casu actus valeat. Allegat glos.in Cle. vt hi, qui. de ætat. & qualitate. quem pro singulari allegant Ang.& Imol.in l.si quæramus.ff.de testa.& Imol.in c.ij.eo. tit. Eandem opinionem refert tenere Bald.in l. quęcunque.circa med.C.de bo.quæ lib.& in l. etiam.ff.sol.matri. Et istam sequitur Iason, vbi suprà: pro qua adducitur text. ĩn l.si libertus minorem. ff. de iure patro.versic.fin.Quando actus fit in fraudem legis, est ipso iure nullus: quod argumentum adducit do.Card.versic.superiori. ¶Contrariam tamen opinionem tenet Bal.in d.authen.si quas ruinas.in j.col.C.de sacr.sanct.eccles.& dicit esse casum ad literam in §. neque illud.in authent.de ali.& emphyt.Illam opinionem æquiorem & veriorem dicit Paul.de Cast.in d. authent.qui rem. Eandem tenet Ludo.Roma.in d.l.j. §. si stipulanti. de verb.obl. vbi dicit, se mirari, quòd Bart. dixerit contra casum d.§.

d.§.neque illud.Eandem tenet Bald.in l.si pupillorum.§.fin.de rebus eo.Imol. in c.fin.in antepenulti.col.de feri.& in c. ij.in fin.penult.col.de feud. & Alex. in ij.vol.consil.xxxviij.incipiente,Cósideratis his.ad fin.quem allegat Iason, vbi suprá. Et istam etiam, tanquam æquiorem,sequitur Aret.in d.§. si stipulãti. & in l. quod dicitur. in penult.col. eo.tit. ¶Imol. verò in d.l. quod dicitur.circa fin.dicit, quòd potest distingui,an concessio fiat vniformiter: putà, concedo vsque in quartam generationem,vbi non debeat concedi, nisi in tertiam:vel, concedo pro omnibus descendentibus vtriusque sexus, vbi non solebat concedi, nisi pro masculis: vel quid simile:& tunc concessio est in totum nulla. Aut verò fit cum distributione casuũ: putà, quia dicit pro masculis & etiã fœmellis: vel,in tertiã & quartã generationem:& tũc valet id, quod est intra modum licitum,arg.l.sicut in annos.circa princ.ff.qui.mo.vsusfr. amit. Et istam opinionẽ simpliciter refert Alex. in d.§. si stipulãti.& do.Car.in d.c. j.q feu.da.pos.qui etiã refert aliã distinctionẽ Alex.quã statim referã,& tandẽ nihil cócludit.¶Mihi tñ nó videtur bona cósideratio Imol. quia in dispositio

nibus vniformibus,id est,quæ vno contextu fiunt,nec sunt reiterabiles, verbũ distributiuum non facit censeri plures dispositiones, vt concludunt communiter Moder.in l.cẽturio.ff.de vulg.& pupil.in l.precibus.C.de impub.& alijs subst.in illa quæstione, an substitutio facta per verba directa compendiosè filio impuberi,valeat post pubertatẽ iure fideicommissi:& etiam in alia quæstione,quando fit substitutio per verba communia. Ibi reprobant opiniones eorum, qui distinguebant modo, quo suprá. ¶Vnde quarto loco Alexan.in d.§.si stipulanti.aliter distinguit, quòd aut si diceremus illam concessionem valere pro parte licita, tantùm afferret præiudicium ei,cui conceditur,qui fortè,vt ampliaret concessionem, aliquid vltrà dedit, & tunc in totum infringatur: aliàs si nullum interesse prætendere potest, facta distributione temporis, vel casuũ,& procedat opinio cõtraria, ꝙ valeat,quatenus est licita:quę opinio est cõmunis,vt refert Iason ,vbi s̃,in d. authẽ.q rem.in vlt.col.et allegat in arg. text. in l.feudũ partẽ.ff. de cont.empt. & in l.ij.C.de pac.inter empt.& vend. Bene facit text.in l.si decem.ff.locat.Et istã distinctionẽ etiam posuit Aret.in d.
lege

l.quod dicitur.in penult.col. ff. de ver. obl.& loquitur pleniùs, scilicet quòd si ex aliquibus coniecturis præsumi potest, quòd concedens non fuisset aliter concessurus, vel accipiens aliter accepturus, quàm sub illa forma alterata, tunc viciatur in totum: allegat l.quod autem.in fin.cum l.seq.ff.de iud.adiec. & l.si quis aliā.& ibi Bart. in fi.ff.de solut. & qđ habetur p eūdē Bar.in l.cùm vsumfructum.ff.de vsufr. leg.Ista etiam ponunt Bart.& Lap.quos allegabo infrà in versic.quintò potest contingere.

¶Quid tenendum? Breuiter vtraque opinio est multùm sustentabilis, et contra opinionem communē videtur multùm vrgere ille text.in d.§. emphyteosim.inducendo, vt per Aret.in d.§.si stipulanti.& Iason in d.authent.qui rem. quem suprà retuli. Tamen tenendo opinionem communem, responderi potest secundum Aret.in d.§.si stipulanti. q, ibi illa dictio, Omnino. improprietur, quod non in totum, seu ipso iure, sed quatenus est contra legem, accipiēdum est, sicut in simili fit secundum subiectam materiam, in l.in causæ.§.fin.cū l.seq.ff.de minorib.& in c.cùm inhibitio.iuncto c.ij.de clandestinis despons.

¶Sed ista solutio est multùm diuinati-

ua,& violat illam literam. ¶ Vnde ego legendo d.§. si stipulanti. dabam aliam solutionem:nã text. in illo §. vult primò,non posse res ecclesiæ concedi aliter, quàm ibi sit expressum: deinde subijcit illa verba,nec quod sit, habere aliquod penitùs robur sinimus.intelligo illud relatiuum, Quod.vt referatur ad dictionem ,Aliter.quæ præcedit, vt sit sensus,quòd illud, quod sit aliter, q̃ suprà fuerit dictum,& vltra id,quod est permissum,sit ipso iure nullum:non autem tota concessio:nam illud relatiuũ debet referre præcedentia cum sua qualitate,l.quòd si manente.ff. de precar. & l.lectu.ff.si cert.pet.Vel etiam posset intelligi, quando vtile esset inseparabile ab inutili,secũdum quod infrà declarabo. ¶Item ad §.similiter. de l. Con. respondet Areti. in d. l.quod dicitur.q, ibi referuntur tres opiniones,& secundum vltimam, quæ videtur approbari, arg.not.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Trebel.facit per Bar. quòd ille, qui fuit inuestitus pro masculis tantùm de feudo, si concedit alteri pro masculis & fœmellis, amittit statim feudum , & sic illa concessio est in totum nulla: sed si tenemus aliam secundam opinionem, dominus non potest auferre, quandiu sunt

ſunt maſculi. ¶Poſſet etiam reſponderi, quòd ibi eſt alius caſus, etiam tenendo vltimam opinionem, quia vaſallus concedẽdo alia lege, quàm habeat, feudum, videtur dominum contemnere: vnde non perdit feudum ex eo principaliter, quòd conceſsio ſit in totum nulla, ſed quia in illa parte contemnit: & propter contemptum perdit feudũ, quando contemptus reſpicit totam rẽ per modum qualitatis. Facit, quod dicetur infrà in tit. ex quib. cauſ. feud. amit. ¶Sed ſi quis vellet tenere opinionem Bart. facile eſſet reſpondere ad text. in §. neq; illud. per quem mouetur Bald. in authent. de ali. & emphyt. prout reſpondet Aret. in d. l. quod dicitur. & Iaſon ſibi aſſcribit in d. authent. qui rem. quòd ibi fuit factus contractus validus, primò ſcilicet, locatio ad nouẽ annos: deinde, ſubſequutum pactum de renouando: certè illud pactum cõtinet quid ſeparatum à contractu licito. Ad alia facilis eſſet reſponſio, quæ adducuntur pro vtraque parte.

Communis concluſio, quòd Alienatio in parte licita ualeat.

Concluſiuè tamen non eſt recedendum à communi opinione, quæ habet,

quòd concessio in parte licita valeat. Et Doct. promiscuè in ista quæstione loquuntur de feudo & emphyteosi.

Declaratur, quando permissum est separabile à prohibito, & quomodo hoc contingat: primò uidelicet, quando est in totum alterata substantia & natura contractus.

Hanc tamen conclusionem declaro hoc modo, vt procedat, quando permissum est separabile à prohibito: secus autem, si esset inseparabile. Et hoc potest contingere multipliciter: Primò, quando est in totum alterata substantia & natura contractus. Et iste casus nullam videtur habere dubitationem, etiamsi fieret melior conditio Ecclesiæ: de quo tamen statim subijciam in quæstione, quam inferam, & isto membro.

Secunda declaratio præmissæ quæstionis, quando concessio est facta uniformiter, quantum ad uerba.

Secundò potest contingere, si concessio est facta vniformiter, quantū ad verba, ita quòd illud, quod addicitur vltra dispositionem iuris, addicatur per modum qualitatis; verbi gratia, si dicatur, Concedo tibi feudum transitorium ad quoscunque successores, vel feudum, ita vt sit fœmineum, per ea quæ tradit Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsijt. ff. de libe.

libe.lega.cum concord. & per Bart. & alios in l.diuus.ff.de re iud. & latè per Felin.post alios in c.ij.in xij.col.versic. restringitur quinq; modis. de rescript. ¶Procedit ergo conclusio, quando illud illicitum addicitur per modum copulæ: putà, pro masculis & fœmellis. Et hoc modo potest saluari distinctio Imo.in d.l.quod dicitur.quam suprà reprobaui.

Quando ex appositione qualitatis alteratur cõtractus, quãtum ad interesse partium, tamen ille, cuius interest, potest petere ut totum infringatur.

Tertiò potest contingere, si ex appositione qualitatis alteraretur natura cõtractus, quantum ad interesse partium: quia si pro parte valeret, & pro parte rescinderetur, interesset alterius partis: quia aliquid intervenit in contractu, quod respicit totum contractum alteratum, non partem licitam. Et hoc modo procedit distinctio Aret. & Alexan. quam suprà retuli. ¶Intelligo tamen, q; tunc posset is, qui interesse prætẽdit, petere, vt infringatur in totum, si vult: sed si ipse vellet stare cõtractui, pro parte licita audiretur, iuxta l.& eleganter. in princ.cum ibi nota.ff.de dolo. Et bene facit, quod dicam infrà in v. limitatione regulæ negatiuæ.

Quando ex adiectione acquiritur ius ei, cui cõceditur, quod aliàs non fieret.

Quartò poteſt contingere, ſi ex tali adiectione, quæ fit vltra ius, acquireretur ei, cui conceditur aliquod ius, quod aliàs non acquireretur. Iſtud probatur in Cle.j.in verſ. ſin autem.de reb.eccle. non ali.inducendo, vt inducit Areti.in d.l.quod dicitur.circa fin. quia ibi locatio ad longum tempus operatur tranſlationem vtilis dominij: vnde licet reſecaretur ad nouem annos, illud ius remaneret: & licet hoc ſit verum in ſe, tamen ad illum text. datur alia ſolutio, quam ſtatim ſubijciam.

Quando tempus reſpicit totum, quod deuenit in contractum uniformiter.

Quintò poteſt contingere ex eo, quòd tempus reſpicit vniformitet totum id, quod devenit in contractum, tã licitum, quàm illicitum: exemplum, quando fuit facta concesſio ad longius tempus, ſeu ad plures annos, quàm ſit conſuetum: quia pro toto tempore eſt vnus contractus, vt notat Bar.in l.ſi ſeruus communis.§. fin. ff.de ſtipul. ſeru. Ita loquitur text.in d.Clem.j. de rebus eccleſ.non ali.& in c.fin.eod.tit.lib.vj. & ſecundũ Aret.in d.l.quod dicitur.de verb.

verb.obl.qui allegat ad hoc Bart.in cõsil.incipiente, Visa quadam constitutione.& est consilium cliiij.in vlt.col. Allegat etiã Lap.allegatione lxxx. sed ipsi Bart.& Lap.præsertim Bart. videntur loqui in tertio casu suprà posito, quando interesset accipientis, ita quòd verisimiliter non accepisset, nisi pro toto tẽpore: licet Lap.sentiat, quòd indistinctè sit nullus contractus in totum. Et in veritate multùm vrgent iura prædicta, & ideo ita videtur tenendum, quanvis etiam dici posit, quòd, vbi conceditur in tertiam & quartam generationem, dicatur contractus vnicus, & (vt dixi suprà) reprobãdo distinctionem Imol. in l.quod dicitur.in versic.mihi tamen videtur. ¶Sed sustinendo potest dici, q licet sit vnicus contractus ibi, tamen, quia licitum & illicitum fuerunt adiecta per copulam, potest alterum separari ab alio: arg.l.scire debemus. in princip.de verb.obl.dixi in ij.casu. Sed quãdo ad aliquod tempus vniforme, cessat hæc ratio, vt dicit Lap.vbi suprá.

Quando apparet de mente contrahentium, quòd noluerunt contractum ualere, nisi in totum ualeret, quid iuris?

Sextò & vltimò potest cõtingere ge-

neraliter, vbi apparet de mente cõtrahentium, quòd noluerunt valere contractum, nisi in totum valeret, per ea, quæ tradunt Bart. & Doct. in l. an invtilis. ff. de accept. & in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obl. cum concord. in illa quæstione, an si non valet, quod ago vt ago, valeat vt valere possit? vbi aliquando scripsi.

Res solita concedi in emphyteosim, si reuertatur ad ecclesiam, an possit infeudari, & econtra? Prælatus potest in melius mutare statum rei Ecclesiasticæ.

Et prædicta inferri possunt ad quæstionem, an si res sit solita cõcedi in emphyteosim, & revertatur ad Ecclesiam, possit concedi in feudum, vel econtrá? Quam quæstionem tangit Alex. in iij. vol. consil. ix. in ij. & iij. col. & concludit, quòd non, per ea, quæ dixi suprà in primo casu, quia immutatur & alteratur substantia & forma contractus. Et hoc dicit procedere, etiamsi aliquo respectu ille contractus, qui fit, sit vtilior illo, qui fieri solitus est. Bene facit text. in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eorũ. & in l. sicut. §. si debitor. vers. sed si permisit. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. & quæ ponit latè Fel. in c. cùm dilecta. in ij. col. in iiij. ampliatione, & in

in xvj.colum.in xj.ampliatione,de re-
script.& in c. auditis.in viij.col.de præ
scrip.Quod puto verum,nisi appareret
evidenter de commodo ecclesiæ ex ta-
li immutatione,quia Prelatus potest in
meliús mutare statum rei ecclesiasticæ,
vt dicit do.Card.in c.j. in princ. Episc.
vel Abb.& dicam infrà in iiij. declara-
tione regulæ negatiuæ,in versic. vnde
tertia opinio.Et ita in terminis decidit
Paul.de Cast.consil.cxxxviij.incipien-
te,Dubium facit.in j.dubio,sed loqui-
tur Alex.quando respectiuè potest esse
vtile & damnosum ecclesiæ, ita quòd
magis accedit damno: vel sumus in du
bio.Bene facit text.in §. neque tamen.
cum ibi not.Instit.de autho.tutor. ¶Et
secundum prædicta potest intelligi &
procedere,quod dicit Bal.in c.cùm or-
dinem.in ix.col.versic.si quid dices.de
rescript.vbi determinat, quòd si is,qui
tenebat rem ecclesiæ in emphyteosim,
impetret illam ab habente potestatem,
in feudum, debet Ecclesiæ tantundem
Canonis ex feudo,quantum præstabat
ex emphyteosi.

Limitatio IX. quòd

Prælatus non infeudet uni res reuersas ad ecclesiā, quæ solitæ sunt concedi pluribus.

Nonò principaliter limitatur regula affirmatiua, quòd Prælatus poteſt infeudarę rem reverſam ad eccleſiam, vt procedat: niſi plura feuda vni vellet cō cedere, quæ ſolebant concedi diuerſis: quia tunc præſumeretur fraus & dilapidatio. Ita dicit Bald. in rub. in tit. q ſucceſ. ten. allegās l. is, qui bonis. ff. de de acqui. hære. & not. in l. ij. C. de re. a-li. non ali. Nam ſicut in Prælato menſura tolleratur, ita immēſitas reprobatur, ſecundum eum allegato c. olim. de accuſat. Idem etiam vult Bald. in c. j. ad fi. iij. col. in titu. qui feud. dar. poſſ. in illa quæſtione, An Prȩlatus poſsit infeudare conſanguineos? in additione, quæ incipit, Et eſt expreſſum. vbi allegat text. in §. dicitur etiam. in tit. de capi. extraord. vbi dicit tex. formaliter, Dicitur etiam, quòd ſi coniunctæ perſonȩ gratia tale dederit feudum, quòd ex eo duos ſimiles vaſallos acquirere poſſet, invtile eſt beneficium, & loquitur in feudo Eccleſiaſtico. Hæc ſunt verba ſua, quæ refert ibi do. Cardin. circa mediū ſextȩ columnæ.

Fraus faciliùs præſumitur, quando coniunctæ perſonæ plures res infeudantur, quàm extraneo.]

Ex quibus colligi poteſt, quòd, quando

do Prælatus concedit coniunctæ personæ, faciliùs præsumitur fraus, etiamsi duo tantùm feuda vni concederet: in alio verò, in quo cessaret ista præsumptio, attenderetur qualitas personę, & quantitas rerum concessarum: arg. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. & not. per Bart. in l. post contractū. in iij. col. ff. de donat. Et faciunt, quæ dixi suprà §. prox. versic. aut verò Papa, vel alius. & suprà est §. in v ampliatione, circa finem. ¶ Illud autem, quod dicit tex. in d. §. dicitur etiam de vno feudo. intelligo, quando esset vnum respectu eius, cui de nouo concederetur, sed tamen aliàs fuissent plura: aliàs non video, quare ita vnum magnum feudum non posset concedere consanguineo, sicut alteri: nisi alia obstarēt, de quibus dixi suprà in v. ampliatione huius regulæ affirmatiuæ.

Limitatio X. quòd

Prælatus prohibitus à Papa, non posit infeudare.

Decimò principaliter limita prædictam regulam procedere, quòd Prælatus potest infeudare, nisi Papa prohibuit: quia sicut potest interdicere totalem administrationem Prælato, ita etiā particularem: arg. l. videamus. §. penul.

ff.de in lit.iurand.& l.iuris gentium. §. adeo.versic.nam si potest.ff.de pact. &. facit text.in c.j.de concess. præb.lib.vj. & in Clem.prima,eodem tit. Ita dicit Paul.de Castr.consil. clviij. incipiente, Viso & examinato puncto.in penultima columna.

Etiamsi prohibitio non devenit ad notitiam Prælati,et contineat decretum irritans,superiùs dicta procedunt nihilo minùs.

Et ex iuribus, quæ allegat, apparet hoc procedere, etiamsi illa prohibitio non devenit ad notitiam Prælati, si in illa sit decretum irritans. Et ad hoc plenè videantur alia iura per Felin. in c. ij.in quinta colum.in iiij. limitatione, de constit.

Limitatio XI. quòd Prælatus non infeudet in tempus vacationis.

Vndecimò limita prædictam regulã, quòd potest Prælatus infeudare tam feuda ad se devoluta, quàm devoluenda,vt dixi suprà in j.ampliatione huius regulæ, nisi concedat in tempus vacationis,seu devolutionis:quia istud esset expectare tristem eventum,arg.l.fin. C. de pact.& c.ij.de concess.præbend. cũ similibus.Ita dicit Bald.in c.j. in princ. ij.col.in tit.Episc.vel abbat. & ibidem circa princ. vlt, col. versic. item nota, quòd,

quòd, etc. Et ſequitur ſimpliciter ibi Mart.Laud.in fin.viij.col.& Aluar. circa med.iij.& ibi do. Card. ante med.ij. col.¶Iſtud tamen dependet ex his,quę dicentur infrà in tit.quæ res in feud.dari poſſ.in §.iij.

Limitatio XII.quòd
Prælatus accuſatus de dilapidatione non infeudet.

Duodecimò limita,niſi ipſe Pręlatus, qui velit de nouo infeudare, ſit accuſatus de dilapidatione:quia tunc intelligitur ſibi interdicta adminiſtratio. Ita dicit Io.Blan.in ſum.huius tit.in ij.col. verſ.de iure Canonico.per c.fin . de accuſat.& c.licet Ely.de ſymo.licet in cõtrarium adducat text. in c. conſtitutis. in fin.de teſti.

Prælatus dignus depoſitione, non accuſatus infeudat.

Hanc quæſtionem etiam tangit Bal. in tit.hîc poteſt eſſe tit.qui ſucceſſ.ten. vbi quærit, quid de prælato,qui eſt dignus depoſitione, & tamen nondum eſt accuſatus, vel inquiſitus, an valeat cõceſsio per eũ facta? et determinat, ꝙ ſic:allegãs Io.Andr.in d.c.quaꝓpter.in vij.col.de elec.in Nouel.& ſequitur ibi do.Mart.Laud.ꝑ c.cũ noſtris.de cõceſ. pręb.& ibi Alu.circa fi.& do. Car.ibid. in pen.q.Allegat no.in c.inter dilectos,

de exceſſ. Prælat. & in c. nónne. viij.q. iiij.& per Archid.in c.ſacerdotes. ij. q. viij.& per Doct.in c.cùm non liceat.de præſcript. ¶Et ex notatis in dictis iuribus per præfatos Doct. allegatis, patet,qualiter iſta limitatio procedat.

Limitatio XIII.& ultima,quòd

Prælatus non renouet inueſtituram in potentiorem primo uaſallo.

Tertiodecimò poteſt limitari prædicta regula ex his, quæ dicta ſunt ſuprà in v.ampliatione,& etiam in vij.limitatione huius regulæ circa princip. verſ. item nec poteſt. quòd poteſt infeudare,dum modò non concedat potentiori,quàm fuerit primus vaſallus. Ad quod etiam faciunt,quę dicentur infrà in tit. de alie.feu.

II. Regula principalis huius ſecundæ partis præſentis tituli negatiua, quæ dicit,quòd

Prælatus non infeudat res Eccleſiæ non ſolitas infeudari:& ſi facit,talis infeudatio non ualet,ſed poteſt retractari & reuocari talis conceſſio.

Oſtendit item iura hanc regulam confirmantia, & ordinem in huius regulæ tractatione ſeruandum.

SECVNDA Regula principalis traditur in hac materia,quòd Prælatus non poteſt infeudare res Eccleſiæ,quæ non ſunt ſolitæ infeudari: & ſi facit,talis

lis infeudatio nõ valet, sed potest retractari & revocari talis cõcessio. Ista regula ꝓbatur & traditur in eisdẽ iurib. quæ sunt allegata ꝑ prima regula. Et ista regula venit Primò declarāda, sicut illa, vt intelligamus, in quibus terminis loquatur & procedat: Secundò ampliabitur vltrà quàm loquatur, aliquibus modis: Tertiò limitabitur non procedere in certis casibus.

Incipiunt DECLARATIONES *huius Regulæ II. negatiuæ, quarum*

Declaratio I. dicit, quòd

Papa infeudat, nulla seruata forma, non solita infeudari, & etiam incorporata ecclesiæ.

Primò igitur declaratur hęc regula, quòd procedat in Prælatis inferioribus: nam de Papa certum est, quòd indubitatè potest nulla seruata solennitate, etiamsi sint incorporata ecclesiæ, vt dicit Zaba. consil. xcij. in fin. Et fuit latè dictum suprà in §. primo, per totum.

Declaratio II. quòd

Prælati inferiores non infeudent talia bona, quæ sunt de mensa, scilicet sine solennitate, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ.

Secundò declaratur hæc regula, q̃ talia bona, quæ sunt de mensa, non possunt infeudari, scilicet sine solennitate, quæ requiritur in alienatione rerum ec

clesiæ. Ita intelligunt omnes, & probatur in c. ad nostram. de rebus eccles. nō ali. & ponit Martin. Lauden. in d. c. j. in pen. col. in vij. fall. qui feud. dar. poss. & dicam infrà in iiij. limitatione.

Declaratio III. quòd Patrimonialia Prælati possunt infeudari, etiam non solita.

Tertiò declara, hanc regulam procedere in bonis Ecclesię. Sed de bonis pátrimonialibus ipsius clerici, vel Prælati, idem iudicatur, quod de bonis Laicorum. Text. est in c. j. de cler. qui investi. fe. & ibi glos. & omnes. Et ponit Ioan. Blan. in sua Summa eod. tit. circá princ. j. col. Martin. Lauden. in d. c. j. in princ. qui feud. dar. poss. in penult. col. in iij. fallen. & ibi Aluar. post med. vj. colum. & in viij. in sua distinctione, & do. Card. Alexan. ibi post med. ix. col. & in x. col. in iij. fallen. & Iason ibi in vij. colum. in j. fall. regulæ negatiuæ. Et tangit etiam ibi glos. Idem etiam dicunt And. de Iser. Martin. Laud. Aluar. & do. Card. in c. moribus. si de feud. fuer. controversia.

Res acquisita per Prælatum, quando dicatur acquisita de bonis ecclesiæ, uel ipsius Prælati.

An autem præsumatur res acquisita de

de bonis ecclesiæ, vel ipsius Prælati, tāgit Bald. & post eum Martin. Aluar. & do. Cardin. in d.c.j. de cler. qui investi. fe. post Nicol. de Neapol. & remittunt ad not. plenè per Doct. in c. cùm in officijs. de testa. Et quia non tangit materiam feudorum, remitto me ad ibi dicta per Doct. ex quibus apparet, qualiter procedat hæc declaratio.

Si ex facto clerici acquiritur ecclesiæ, & res acquisitā impetretur simpliciter in feudum, non facta mētione quòd esset acquisita ecclesiæ, quando impetratio ualeat.

Et in casu, in quo acquiritur ecclesię, si quis impetraret simpliciter in feudū ab habente potestatem ratione ipsius Clerici, non facta mentione, quòd esset acquisita ecclesiæ, non teneret impetratio: nisi sit talis, qui de necessitate acquirat ecclesiæ: quia tunc sufficit exprimere qualitatem: putà, si sit monachus, sufficit dicere, talis res acquisita per talem monachum talis monasterij. Nam tunc de necessitate sequitur, quòd erat monasterij. Ita dicit Bal. in c. cùm ordinem. in viij. col. de rescript. in versic. & prædicta faciunt ad quæstionem.

Declaratio IIII. ostendit,

Bona de mensa ecclesiæ, seu incorporata ecclesiæ, quæ dicantur esse.

Quartò principaliter oportet intel-

ligere pro declaratione huius regulæ, quæ dicantur esse bona de mensa ecclesiæ, seu incorporata ipsi ecclesię, ad hoc vt censeatur prohibita infeudatio.

Bona quæ semper fuerunt de mensa ecclesiæ, nec fuerunt unquam in feudũ concessa, dicuntur esse de mensa Ecsiæ, seu ipsi ecclesiæ incorporata.

Circa quod est advertendum, quia quædam sunt bona, quæ semper fuerunt de mensa ecclesiæ, nec vnquam fuerunt in feudum concessa. Et de istis non est dubitandum. Ita dicit Pan. in c. vt super. de rebus eccles. non alie. Allegat text. in c. videntes. xij. quæstione prima.

Bona ecclesiæ nouiter acquisita, dicuntur esse de menso, saltem quo ad alienationem. Res ecclesiæ non possunt infeudari, nisi sit consutudo antiqua & præscripta.

Quædam verò sunt bona nouiter acquisita ecclesiæ pleno iure, quæ nunquam illius fuerant, nec respectu directi dominij, nec vtilis. De istis dicit Panor. vbi suprà: dubitari tamen concludit Pan. vbi suprà, ex mente Inno. quòd ista dicentur esse de mẽsa, quia ex quo data sunt ecclesiæ ad vtilitatem ipsius, debent dici de mensa: nec apparet ratio, quare alia bona, & nõ ista dicantur

esse

esse de mēsa, sed potiùs dicendū contrarium, ne vna & eadem res diverso iure censeatur, contra c. cùm in diœcesi. de deci. & facit c. recolentes. xij. q. ij. Et istud puto verum, saltem quātum ad effectum alienationis: nam certum est, ꝙ Prælatus non potest illas res alienare statim, quòd sunt acquisitæ, licet ante quàm acquirantur, posśit: vt no. in l. iubemus nullam. C. de sacr. sanct. eccles. cum concord. traditis per Alex. & Modern. in l. præses. c. de transact. per Barbat. in j. vol. consil. xlj. in ix. col. & per Pan. & Modern. in c. verùm. de condit. app. per Alex. in l. pupillorum. in fin. C. de repu. hæred. per Pan. in c. Abbate. in fi. de verbo. sign. Gemi. in c. j. in penult. col. de reb. eccles. non alie. lib. vj. Si ergo idem iuris est de istis, quod de alijs, quæ iam diu fuerunt per ecclesiam possessa, stamus sub regula, quòd non possunt res ecclesię infeudari, nisi sit cōsuetudo antiqua et pręscripta, vt plenè fuit traditum suprà in vij. declaratione præced. regulæ.

Bona aliàs infeudata, sed ad ecclesiam reuersa, an & quando dicantur de mensa ecclesiæ.

Quædam verò sunt bona, quæ ecclesia iam legitimè concesśit in feudum a-

licui, sed defecit feudũ, & reversum est ad ecclesiam: & circa istas cadit dubitatio, & variæ reperiuntur opiniones.

Quòd etiam si ecclesia reperitur possidere, nihilominùs non præsumantur incorporata.

Primo loco Bald.in c.j.versic.vltimò not.in tit.de cleri.qui investi. fece. tenet, quòd eo ipso, quòd Ecclesia reperitur in possessione feudi, præsumitur incorporatum. Quæ opinio reprehenditur communiter, maximè per Martin. Laud.in c.j.ante fi.princ.Episc.vel Abbat.& ibi latiùs do.Cardin. tangit de ista materia in penult.col.Eam etiam reprehendit Aluarot.in c.j.in v.col.in tit. qui feud.dar. poss. Mouentur præfati Doct.per l.iij.C.de bo.vacant.lib.x.vbi text.requirit, quòd inscribãtur per procuratores Cameræ, & alia, etc. ¶Posset tamen opinio Bald.saluari, vt procedat, quando res reperitur apud Ecclesiam, nec constat, quòd vnquam fuerit incorporata, vt dixi suprà proxi.in versic.quædam verò sunt bona nouiter. & est glos.in c.vt super.in vers.siue nõ. de reb.eccles.non ali.

Quando fuerint per annum possessa, an præsumantur incorporata.

Secunda fuit opinio Archid.in c.primo, xxxv.q.viij.& in c.j. de rebus eccl. non

non ali.lib.vj.vbi dicit, quòd non dicitur nouum feudum, quod ſtetit per annum apud eccleſiam. Vnde ſi Prælatus iurauit non infeudare, niſi noua feuda, non poterit infeudare illud. Et iſtam opinionem ſequitur Pan.in d.c.vt ſuper. & Zabarel.in conſil. xxxiiij. incipiente, Circa primum dubium. & in c. ij. de feud.in xij. quæſtione: ſi fructus illius rei percepit, quemadmodum percipit de alijs rebus, quæ ſunt de menſa. Mouentur principaliter per d. c.j. & per l. fin.§.quotiens.ff.de publica. & dicit, ſe in hoc vidiſſe conſilia contraria: ſecus autẽ, ſi id eò non infeudauit, quia quærebat vaſallum vtilem eccleſiæ, & interim expectabat & retinebat. ¶Hanc opinionẽ reprehendit Ang.in repetit.l. ſi vacantia.C.de bo.vacant.lib. x. per illum text. & ſequitur Aluar.in d.c.j.in v. colum.qui feud.dar.poſſ. & Mart.Lauden.in c.j.in princ.in penul. col. Epiſc. vel Abba. & ibi etiam do. Cardin.Alexan.per l.ſi quando. & l. ſi vacantia. C. de bo.vacan.lib.x. Eam etiã reprehẽdit Petr.de Ancha.in conſ. clv. incipiente, Propter tria. circa medium. Etiam Imol.in d.c.vt ſuper. in ſecunda colum. de re.eccleſ.non alienand. vbi reſpondet ad text.ibi, qui allegatur per Bart.

in d.l.si vacãtia.dum vult, quòd ex quo Prælatus, quandiu vixit, tenuit ad manus suas, dicitur incorporatum: nam dicit, quòd ille text. non apparet, quanto tempore vixerit. Respondet etiam ad dictũ Archid. in d.c.j.xxxv.q.viij. quòd ibi non dicit, quòd per possessionem vnius anni res dicatur incorporata. Bene dicit, quòd si Prælatus iurauit non alienare, nisi res nouiter ad ecclesiam devolutas, non poterit infeudare post annum. Ergo secus sentit cessante iuramento. ¶ Tamen revera Archid. non se fundat super iuramẽto, sed quia post annum non dicitur nouum feudum, bene verum est, & in hoc potest saluari Archid. quia loquitur, quando expresse dictum esset de nouo feudo, seu nouiter reverso: sed si simpliciter iurasset in forma communi, provt declaraui in ij. ampliatione præcedentis regulæ, vel etiam nullum præcessisset iuramẽtum, non loquitur ipse: nec dicit, quòd per possessionem annalem dicantur incorporata, & longa potest esse differentia, an loquãtur de feudo nouiter reverso, vel de feudo incorporato.

Quòd bona dicantur incorporata, & sic de mensa, requiritur tempus xxx. uel xl. annorum.

Vnde tertia fuit opinio And. de Iser. in

in d.c.j. in fin.j.col. qui feu. dar. poss.q; requiratur tempus xxx. annorum secũdum iura Ciuilia, vel secũdum iura Canonica, xl. per authenticam, quas actiones. C. de sacr. sanct. eccles. Et istam opinionem sequitur Martin. Lauden. in c. j. in princ. ad fin. penul. col. in tit. Episc. vel Abba. Mouentur per text. in l. eum, qui. C. de feri. rei pi. lib. x. Et eandem opinionem sequitur Imol. in d.c. vt super. in ij. col. & dicit esse de mente glos. ibi. Et mouentur etiam, quia ex quo agitur de mutando statu ecclesiæ, requiritur tantum tempus, per text. in c. cùm de beneficio. de præbend. lib. vj. ¶ Tamen do. Card. in d.c.j. in princ. Episco. vel Abba. ad istud argumentum respondet, & videtur bona responsio, quòd illa Decretalis procedit, quando agitur de mutando statu ecclesiæ in deterius: secus, si in melius. Bene facit l. de die. & l. Attilianus. ff. de pact. dotal. Istam tamen opinionem sequitur Ang. in d.l. si vacantia, in vj. col.

Descripta in libro per Officiales, dicũtur de mensa, uel quando Prælatus ita declarauit.

Quarta fuit opinio Bart. in d.l. si vacantia, C. de bo. vacant. lib. x. quòd dicũtur de mensa, quando per officiarios ad

hoc deputatos fuerunt descripta in libro, cum alijs de mensa: vel, qñ Prælatus hoc declarauit, per illã l. & l. si quando. eod. tit. Et istam opinionem sequitur Pan. in d. c. vt super. & Petr. de Ancha. in d. consil. clv. & do. Cardi. in d. c. j. Episc. vel Abbat.

Prælatus etiam cum capitulo non potest statũ antiquũ ecclesiæ mutare.

Tamen ista opinio non placet Imol. in d. c. ij. de feud. quia non est in potestate prælati etiam cum capitulo immutare statum antiquum ecclesiæ ita simpliciter, per d. c. cùm de beneficio. de præbend. lib. vj. & respondet ad d. l. si quando. & l. si vacantia. quòd loquuntur de re incorporanda à principio, quando defertur in fiscum: nos loquimur de re, quę habuit iam certam naturam, scilicet vt infeudetur, & nunc vult pręlatus illam immutare. ¶Tamẽ ad d. c. cùm de beneficio. responsum est suprà post do. Card. Alex. Aluar. in d. c. j. in princ. in v. col. qui feud. da. poss. nihil clarè firmat, & ibi etiam do. Card. non concludit: ipse verò in d. c. j. in princ. Episc. vel Abba. firmat aliquos casus, scilicet quãdo fuisset apud Ecclesiam per xxx. annos: item, quando per officiarios fuisset descripta in libro mensæ: vel, quando præla-

prǽlatus declarasset, & ita tenuisset pe annũ. Tamen nihil clarè decidit in hoc vltimo, sed refert Imol. tenentem contrarium. ¶Ex prǽmissis ergo relinquitur iste articulus satis dubius.

Quando expressa bona sunt incorporata, uel Prælatus declarauit, uel per Officiales descripta sint, tunc dicuntur de mensa.

Tamen concludendo videtur tenendum, quòd si incorporatio fuerit facta expressè, provt dicit Bart. quia Prælatus declarauit esse de mensa, vel Officiarij registrariorum, provt faciunt in patria ista Sabaudia, & etiam in regno Franciæ, Præses & Magistri Computorum, qui incorporant in dominio Principis registrando in libris: tamen illud sufficit per d.l.si vacantia. & l.si quãdo. ¶Quod probo: nam istud non requiritur prohibitum Prælato, incorporare bona ad ecclesiam reversa, licet ecõtrà prohibeantur bona incorporata alienare, vt probatur in d.c. vt super. de rebus eccl. nõ alie. & in c.ij. de feud. & arg. Instit. de author. tut. in princ. & l. possessionem pupillus. cũ ibi not. ff. de acquir. possess. Si ergo facit legitimè, ergo ex quo semel est facta de mensa, nõ potest amplius esse alienabilis, sicut qñ semel fuit legitimè alienata, efficitur sẽper, &

perpetuò alienabilis: vt declaraui suprà in fine vij. declarationis regulæ præcedentis: & multò magis, quia istud tēdit in fauorem ecclesiæ, & ideo faciliùs extenditur: illud verò in odium, & ideo restringi debet, per c. odia. de reg. iuris. lib. vj.

Lapsus anni requiritur, ut præiudicetur illis, qui de honestate essent reinuestiendi.

Et istud intelligo, quātum ad ipsum Prælatum, vel successorem, qui non potest dici, se in hoc esse læsum per actum, qui, vt dicitur, tendit ad vtilitatem Ecclesiæ: sed in præiudicium eorum, quos Prælatus de honestate tenetur inuestire, vt tetigi suprà in vj. ampliatione præcedentis regulæ: putò, quòd requiratur saltem lapsus anni, per text. in c. Titius. in tit. si de feud. fuer. controu. & dicetur infrà in tit. de alienatione feudi. ¶ Et ita potest procedere illud, quod dicit do. Card. in d. c. j. Episc. vel Abba. vbi vult, quòd vltra declarationem prælati requiratur tempus anni: & quando incipiat currere dictus annus, dicetur in loco præallegato.

Quādo non apparet de incorporatione expressa, quid requiratur, ut dicantur de mensa.

Si verò non apparet de aliqua incorpora-

poratione,& tunc aut cõſtat,quòd Prælatus retinuit apud ſe non animo incorporandi,ſed donec inveniret idoneum vaſallum,aut propter aliam iuſtam cauſam temporalem:& tunc adhuc non dicetur incorporata, etiamſi longo tempore tenuiſſet:quia ceſſat animus. Ita procedat,quod dicit Imol. poſt Cardi. Flor.in d.c.vt ſuper.Et faciunt, quæ habentur per Innoc.in c.bonæ. ij. de poſtul.prælat.per Bart.in l.j.§. ſi quis hoc interdicto.ff.de iti.actúque priua. cum ſimilibus.

Quando conſtat,quòd retinuit animo non incorporandi, ſi tenuit per xxx.annos, præſumuntur incorporata.

Aut verò ſumus in dubio,quia prælatus tenuit aliquo tempore, nec tamẽ expreſsè incorporauit, nec apparet, q̃ non habuit animum incorporandi: & tunc,ſi longiſsimo tẽpore,ſcilicet xxx. annorum, ita tenuit,habeo pro indubitato,quòd prǽſumatur incorporaſſe,& nolle amplius in feudum concedere: arg.c.ſi quis per xxx.ſi de feud.fue. contro.cum ibi notat.& in d.c.vt ſuper.de re.eccleſ.non ali.

Quando Prælatus verſatur in illis per decem annos, ſicut in his quæ ſunt de mẽſa,tunc præſumũtur de menſa.

Diuisio quòd præsumatur, quando res communis longo tempore est possessa, ut diuisa.

Si autem minori tempore, & tũc aut de illis rebus fecit, provt solebat facere de alijs, quæ sunt de mensa: intelligo vltra perceptionem fructuũ, quia in hoc semper faciet idem, si locauit cum alijs rebus, vel posuit rationem cum suis Factoribus, & Procuratoribus de illis simul cum alijs, ita quòd nulla possit discerni & cognosci differẽtia, quam ipse habuit, & in illa plus, quàm in alijs: & tunc dico, quòd pro excursu longi temporis, scilicet x. annorum, præsumitur incorporata. Moueor per l. Procula. ff. de probat. & per ea, quæ notant Bart. Bal. & Doct. in l. cùm oportet. in princ. C. de bon. quæ liber. & in l. si patruus. C. com. vtri. iud. & glo. not. & singul. in l. si maior. C. communi diuidun. & qđ ibi notant Doct. cum concord. adductis per Alex. in ij. vol. consil. xcij. & in iiij. vol. consil. cxiij. in iiij. col. & per Roma. consil. ccv. circa medium, & consil. ccccxviij. & per Ang. Aret. in §. fi. Instit. de socie. In quibus locis traditur, quòd si habentes rem communem possederunt longo tempore pro partibus diuisis, præsumetur diuisio: & econtrà, si rẽ diuisam possederunt pro indiuisa. Et facit

cit bene text. in l. quædam mulier. ff. famil. hercisc.

Quādo fit arbitrarium considerare, quòd bona sint de mensa, æstimamus idem, quod arbitramur.

Hac coniectura cessante, dico quòd erit in arbitrio iudicis, considerare ex qualitate personæ & rei, & ex quantitate temporis, an præsumatur res incorporata, vel non? per l. j. §. fi. ff. de iure delib. & per text. in d. c. vt super. vbi text. dicit, quòd tenuit, quandiu vixit, nec exprimit aliquod tempus certũ: & ponderat ibi etiam, quòd in proprium vsum excepit, & vtitur Papa verbo, Æstimamus. quod idem importat, ac si diceret, Arbitramur: vt probatur in l. tam demēte. C. de Episc. aud. & puto, quòd nõ debeat æstimari tempus minus decennio, nec plus triginta annis, per suprà dicta.

Quando rem deuolutam ad ecclesiam, ecclesia ipsa illā possedit, tunc dicetur res de mensa.

1 Prædicta tamen intelligo procedere in re devoluta ad ecclesiam, cuius possessio etiam ad eam pervenit: secus, si illam non possedit, quia fortè fuit ab alio occupata. Ita notab. limitat Petrus de Anchar. in d. consilio clv. circa med. Bene facit, quia etiam non currit

tempus petendi investituram renouari ei, qui rem seu feudum sibi devolutum non possedit, vt dicit Bal. in l. solennibus. C. de rei vendic. Et ponunt Doct. maximè do. Cardin. Alexan. qui refert alios in c. j. in ij. colum. versic. fallit octauò. in tit. quę fuer. prima causa benefic. amitt. & in c. j. in princ. circa med. j. colum. quo temp. miles. & dicam infrà in tit. ex quibus causis feudum amit.

Declaratio V. quòd Infeudetur cum consensu Papæ, nec sufficiat licētia generalis.

Quintò principaliter intellige & declara, quòd non potest infeudare, nisi cum consensu Romani Pontificis, iuxta c. ij. de rebus eccles. non alienand. vt ibi habetur, posset cum licentia speciali, nec tamen sufficeret generalis, vt ibi dicitur.

Quando sufficiat licentia legati.

Et ex hoc quæritur, nunquid legatus etiam de latere posśit hanc licentiam concedere? Et quęstionem hanc tangit Imol. post do. Card. Flor. in c. ij. in principio. xij. col. de feud. & concluditur, quod si iurauit pręlatus non alienare inconsulto Romano Pontifice, non sufficiet licētia legati; alioquin si ille Prælatus est

de

de prouincia legati, sufficit eius licentia. Et sequitur Aluar. in c.j. in prin. qui feud. dar. poss. in princ. vlt. col. & ibidẽ do. Cardin. ¶ Quod ego intelligo, interuenientibus alijs solennitatibus in casu licito, tanquam Prælatus superior potest authoritatem præstare, sed dare licentiam alienandi in casu à iure prohibito non potest: vt dicit Spec. in tit. de legat. §. nũc ostendẽdum. vers. pen. & Pan. in c. fin. in ij. col. de confir. vtil. vel invtil. Faciunt, quæ dixi suprà eod. §. circa princ. in iij. declaratione regulæ præcedentis, vbi etiã loquutus sum de legato de latere. Et tangunt aliquid Pan. & Moder. in c. quod translationẽ. de offic. legat.

Licentia alienandi data Prælato, an transeat in successorem.

Sed nunquid licentia data Prælato transeat in successorem, tangit Bald. in d.c.j. in princ. qui feud. da. poss. in pen. col. & concludit, quòd si per modum præcepti transit, per l. & quia. ff. de iurisdic. om. iudic. si per modum licentię non transit, nisi sub nomine dignitatis sit concessa, per c. quoniam Abbas. cũ materia de offic. dele. & sequitur do. Cardin. ibi ad fin. Faciunt ad primum membrum, quæ habentur per Bart. &

alios,maximè Modern.in l. feudum.ff. de acquir.poss.ex quorum dictis potest ampliari & declarari decisio Bald.et pariter ex notatis in d.c.quoniam Abbas.

A declarationibus descēdit ad AMPLIATIONES, *& sequitur*

Ampliatio I. quæ dicit, quòd

Infeudata in casu illicito, etiam per successorem confirmata reuocantur, si concesio fuit in totum nulla.

His declarationibus præmissis ad hāc regulam negatiuam, illam amplia primò, Quòd talis alienatio, seu infeudatio facta in casu illicito revocatur, etiamsi successor confirmauit, vt conclu dit Zabar.consil.xxxiiij.ad fin.Et istud etiam ponit do.Card. Alex. in d.c.j.in princ.qui feud.da.poss.in vij.col. ¶Et intelligitur, quando in totum concessio est nulla,& nullitas respicit successorem, ita quòd etiam ipse non posset concedere:sed si sit nullitas, quæ respiciat ipsum concedentem tantùm, ita q̄ non valeat concessio in præiudicium successoris, tunc confirmatio convalidaret,vt ibi per eum. Bene facit Bart. in l.mater.in j.col. in iij. opinione, C. de rei vend. & in l. si eum seruum.ff.si cert.pet. cum concord.vbi habetur, q̄ negotium gestum non meo nomine, possum in mei præiudicium ratum habere:

bere: & bene probat text. quem ibi pōderat Pan. in iij. col. in c. quòd sicut. §. j. de elect. ¶Nunquid autem sufficiat tunc tanta ratificatio, id est, scientia ipsius successoris cum patientia, seu toleratione, tangit do. Card. Alexand. vbi suprà, sed istud propriè concernit materiam §. sequ. ideo ibi reseruo dicendum.

Infeudatio nulla quando concernit cōmodum ecclesiæ, confirmatur ex ratificatione.

Secundò intellige, nisi ratificatio fieret ad commodum ecclesiæ, quia tunc interveniente solennitate omissa in alienatione poterit ratificari, vt declarabo infrà in v. limitatione.

Ampliatio II. quòd

Non solùm res Ecclesiæ non solitæ infeudari, non infeudentur, sed etiam res, quas ipsa ecclesia in feudum ab alio tenet.

Secundò ampliatur hęc regula, vt ꝓcedat etiam, si ecclesia teneret illā rem in feudum ab alio: quia licet posit tūc infeudare sine licētia domini, per text. in §. præterea. in tit. de capit. Con. tamen illud procedit, si sit solita infeudari. Licet enim dispensetur, quo ad præiudicium domini, non tamen quo ad præiudicium ecclesiæ. Ita concludit Mart. Lau. in d. c. j. in pen. col. in v. fall.

qui feud.dar.poss.& sequitur ibi dom. Card.in v.fall.& do.Iason in vij. col.in ij.fallent.regulæ negatiuæ. Mouentur per illum text.generaliter loquentem, & per tex.in l. iubemus nulli.C.de sac. sanct.eccles.& in hoc reprehendunt Iaco.de Bel.qui tenebat contrarium,per d.§. præterea.dum tamen interveniret consensus capituli:& sequitur simpliciter Aluar.in sua distinctione in illo c.j. in antepen.col.tamen præcedens opinio est verior.

Ampliatio III. quòd

Infeudatio facta in casu illicito,etiam ad instantiam illius, qui illam fecit,etiamsi sit iurata,possit rescindi.

Tertiò amplia,quòd ille contractus, seu illa infeudatio potest rescindi etiã ad instantiam eius, qui illum fecit, vt not.in Clem.j.de reb.eccles.non alien. Glos.& Doct.in l.iubemus nulli.§. sanè.C.de sacr.san.eccles.Bart.& alij in l. post mortem.ff.de adopt.& in c.si quis Presbyterorum. de re. eccles. non alie. glo.in c.cùm inter Canonicos.de elec. cum concord.& ponit dom.Cardinal. in d.c.j.qui feudum dare possunt, circa princip.vj. col. in quibus locis extenditur hoc,etiamsi cõtractus sit iuratus: quia tale iuramentum non ligat, ex quo est contra legem : de quo plenè per

per Canon.in c.cùm contingat. de iureiur.per Bart. & Legiſtas in l. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ.& in l. non dubiũ. C.de legib.cum concord.

Ampliatio IIII.quòd
Reſcindatur infeudatio inualida, non ſolùm quantum ad rem,ſed etiam quo ad fructus.

Quartò amplia, quòd nedum reſcinditur contractus,quo ad rei alienatæ recuperationem, ſed etiam quo ad fructus, qui pari modo ſunt reſtituendi: cùm dicatur habere malam fidem, qui taliter contraxit,c. qui contra iura. de reg.iur.lib.vj. & l. quemadmodum.C. de agri.& cenſi.lib.xj.& ibi Bart. in fi. & l.ſi prædium.C.de præd. mi.cum cõcord.traditis per Alex.in d.l.quemadmodum.& per Felin.in c.de quarta. in x.col.& ſeq.de præſcript.& de hoc per glo.& Doct.in c.penult.de reb.eccleſ. non alie.

Ampliatio V. quòd
Etiam cauſa legitima ſubſiſtente.

Quintò amplia, quòd etiam ſubſiſtẽte cauſa legitima,vtputà remunerationis,quia tunc requiritur conſenſus Papę ac ſolennitas requiſita in alienatione,vt probat Text.& ibi notant Doct. maximè Imol.& Pan. in c. per tuas. de donat.& ponit Hoſt.in Sum.eod.tit.§.

quis posſit.circa princ. & dicam infrà in iij.& iiij.limitatione huius regulæ.

Aggreditur LIMITATIONES *huius regulæ.*

Iſta regula, provt ſuprà, declarata & ampliata, recipit nonnullas notabiles limitationes.

Limitatio I. quòd

Infeudationes factæ ante constitutionem Vrbani de re prohibita alienari, ualeant.

Prima eſt, quòd tales conceſsiones non valēt,ſed poſſunt reſcindi,vt ſuprà tetigi,ſcilicet quo ad illas,quæ fuerunt factæ poſt conſtitutionem Vrbani Papæ,de qua in c.j.in tit.Epiſc.vel Abbat. & ita ibi limitat & declarat ille text. & ponunt gloſ.& omnes in d.c.j. qui feuda.poſſunt. Et quando fuerit facta illa conſtitutio,dubitant ibi Doct. & dicit And.de Iſer.quòd non reperitur in iure Canonico:tamen Archi.in c.ij.de deci. quem referunt Mart.Laud.Alua.& do. Card.vbi ſuprà,omnes,circa princi.dicūt,q̧ illa eſt cōſtitutio Vrbani,& facta in concilio Turonēſi, qui Vrbanus fuit tempore Hērici III. anno M.LXXXIX.

Limitatio II. an

Consuetudo noua inducta,ut prohibita alienari infeudentur,ſeruanda ſit & infeudatio teneat.

Secundò limita,niſi conſuetudo noua aliter circa talē infeudationē diſponeret: quia tūc illa eſſet ſeruāda.Ita determi-

terminat Iac. de Bel. in d.c.j. in princip. qui feud. da. poss. Et mouetur, quia ex quo ille tex. approbat consuetudinem præteritam, videtur approbare consuetudinem simpliciter: & sequitur ibi Aluar. circa princ. vij. col. & do. Cardinal. circa fin. ix. Limitant tamen hoc procedere in bonis temporalibus, nō autē in spiritualibus. ¶ Tamen advertēdum, quia fundamentum istorum non videtur verum: nam text. in d.c.j. & in c.j. Episcopum, vel Abbatem. reprobāt dictam consuetudinem, & illam improbauit Papa Vrbanus. ¶ Tamē noluit, quòd infeudationes factæ illius virtute invalidarentur propter scandala evitanda, & quia lex non debet disponere de præteritis, sed de futuris, c. ij. & fiñ. cum materia de constit. & istud videtur esse contra communem opinionem Doc. in c. cum causa. de præscript. & ibi latè Felin. in iiij. col. & tribus sequētibus tradit regulam in contrariū, q; nō valet cōsuetudo, per quā diminuītur solennitas requisita in alienatione rerū ecclesiæ, & in specie ibidē in fin. v. colum. in iij. fall. refert vnum dictum Ioan. Cald. in tit. de consuetu. consil. vltimo, qui expresse sentit contrarium: nam dicit ipse, valere consuetudinem

ſuper alienatione rerum ſolitarum cõcedi in emphyteoſim, vel feudũ: ſecus ergo, ſi non ſolent concedi. ¶ Tamen ex duodecim limitationibus ibidẽ poſitis per Felin. poſſunt elici certi caſus, in quibus procedet hæc limitatio. Vnus eſt, quia vbicunque de iure eſt dubium inter Doct. an poſsit cõcedi, prout in multis caſibus, qui poſſunt elici ex præmiſsis, valebit conſuetudo, quæ illum caſum declarat, vt ibidem per eum in iiij. & x. fallentijs. Item & circa conſuetudinem inducendi, id eſt, circa requiſita ad illam conſuetudinem, putà circa tempus & ſimilia, valet conſuetudo declaratiua, vt ibidem per eum in vij. fallentia.

Limitatio III. quòd

Res eccleſiæ, quæ tenetur à tyranno, etiam prohibita alienari, infeudetur æquè potenti, ſi eccleſia à prima aliquid habere non poteſt.

Tertiò limita regulam prędictam, niſi res eccleſiæ teneretur à tyranno, vel aliquo potentiori, ita quòd non poteſt aliter commodè illam rehabere, niſi infeudet alteri æquè potenti, certè poterit. Caſus eſt in c. ij. in fi. de feu. & ponit Bald. in c. j. in princip. circa med. v. col. qui feud. dar. poſſ. & ibi Mart. Laud. ad fin. & ibi Iaſ. in vij. col. in iij. fallentia regu-

regulæ negatiuæ,& Aluar.ante fin. vij. col.& do.Card.circa med.x.Bal.in c.j. circa med.ij.col.Episc.vel Abbat.& ibi do.Mart.in princ.ij.col.& Aluar. circa med.iij.& do.Card.circa med.ij. & idē in simili similiter,ante fi.qui. mo.feud. amit.Hosti.in Summa, de feud. §. quis possit. vers.& si feudū.Omnes tradunt in d.c.ij.de feud.

Et hoc præcedens etiam ualet,si fuit legitimè infeudata primo uasallo.

Ista tamē limitatio declaratur duobus modis per Doct.Primo declaratur, quia non solùm procedit, quando res fuit nulliter infeudata alicui, à quo nō potest recuperari, sed etiam si fuit legitimè infeudata, sed vasallus nō vult recognoscere,aut soluere seruitium. Ita eleganter dicit Imol.in c.ij.de feud. circa princ.& etiam in xij.col.&ibi etiam Butri.& do.Cardi.in c.j.in princ.circa med.x.col.qui feud.da.poss.& Paul.de Cast.consil.cliij.incipiente, Super primo quæsito.in princ.vbi dicit,quòd valet pactum factum cum aliquo, vt omnes possessiones, quas acquiret in tali territorio, habeat in feudum ab ecclesia,quando occuparetur ille locus per

potentem, à quo ecclesia concedēs nō poteſt recuperare.

Secus in rebus in feudum non conceſsis ſeſe habet, quia tunc requiritur licentia Papæ.

Quartò, quia procedit in rebus tantùm infeudatis, licet minus legitimè, quas non poteſt habere ecclesia: ſecus aūt eſſet de alijs rebus non in feudū cōceſsis: quia non poterit ſine licentia ſedis Apoſtolicæ: aliàs eſſet apta via fraudibus. Ita concludunt Io. Andr. & do. Cardi. Zaba. in d.c.ij. de feud. quos ibi ſequitur Pan. in prin. ij. col. & ibi Imol. in vlt. quæſtione, Aluar. & do. Card. Alex. in d.c.j. qui feu. da. poſſ. licet aliter videatur ſentire Bald. & poſt eum Martin. Lauden. Aluar. & do. Card. in d. c.j. Epiſc. vel Abba. qui dicunt indiſtinctè, quòd poteſt Prælatus talem rem concedere. Conſultius tamen eſt ſecundum eos, quòd faciat cum authoritate & cōſenſu ſedis Apoſtolicæ, & ſic ſaltem de conſilio tenetur opinio aliorum: & ita eſſet tenendum. ¶ De iure tñ videretur idem dicendum vtroque caſu: nā videmus, ꝙ inter infeudationē & aliam alienationem non eſt differentia, vt dixi ſuprà in ij. ampliatione huius regulæ. Ita ergo poteſt infeudare rem alienatā, vel alia ex cauſa occupatam, ſicut occu-

patam

patam ex causa concessionis feudi nul liter factæ, si eadem suspicio potest cadere in infeudata, quę in occupata: imo maior, ex quo in illa intervenit factum prælati infeudantis, nisi dicatur, q. multa tolerantur iam facta, quę ab initio fieri prohibētur, l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel ali. iuris. cum similibus ibi traditis per Modernos. Tamē in cōtrarium facit text. in l. pupillorum. §. j. in verbo, Ex permissu prætoris. à contrario sensu, ff. de reb. eor. ¶ Vnde ꝑ concordia posset dici, quòd aut res est magna, & tunc siue loquamur in casu, quando iam fuit infeudata, siue quando non fuit infeudata, sed aliter occupata, & debeat haberi consensus Papæ: aut si non habeatur, debeat adhiberi solennitas, quæ requiritur in alienatione, & tunc illa causa, quòd res sit difficilis recuperationis, erit rationabilis, vt dicatur expedire ecclesiæ, per d. cap. secundū, de feud. Et ita loquuntur Baldus & cæteri in d. c. primo, Episcopum vel Abbat. & dicam in sequenti limitatione, & dixi etiā suprà in v. ampliatione huius regulæ. ¶ Aut verò res non est magna: intellige, nec etiam tam modica, quòd posset alienari sine solennitate, provt infrà dicam

in vj.limitatione:& tunc si appareat de veritate causæ, quia Prælatus fecit omnem diligentiam posibilem per censuram ecclesiasticam, vel recurrendo ad superiorem, vt illam rem rehaberet, & tamen ille non curat, & vel est talis persona, quæ notoriè non curat, nec ab ea posset verisimiliter recuperari sine scandalo, & tunc liceat Prælato infeudare, per d.c.ij.Bene faciunt, quę notãt Doct.maximè Feli.in c. ij.per illũ text. de præscript. ¶Aut verò ista non probantur, & tunc non crederetur Prælato infeudanti, per l.& si fortè. cum ibi not.de castrens.pecul. & notat. per Alexan.& Moder.latè in l. si donatione. C.de collat.cum concord.sed ipso, cui facta est concesio, hoc probante, esset tutus, per d.c.ij.de feud. & maximè, si intervenisset consensus capituli, magis præsumeretur cessare fraus, vt tetigi supra §.j.versic.vnde possum dicere.& s. §.proxi.versic.quando tamen facit. & pro ista distinctione facit distinctio Panor.in c.vt super.de reb.ecclesi.non ali. in iij.col.

Decretum facit præsumi, quòd omnia solenniter sint acta.

Sed quando intervenisset consensus supe-

superioris, vnà cum alijs solennitatibus, præsumitur infeudatio facta pro vtilitate ecclesiæ, per l. j. C. de præd. mi. lib. x. Ita dicit Bald. in sępè alleg. c. j. in princ. qui feud. dar. poss. circa princip. iij. col. & sequitur ibi Iason ad fin. ij. vbi allegat eundem Bald. in c. sicut. circa fin. de re iud. Adducit etiam plures authoritates ad illud decretum, de quo in d. l. j. quod decretum facit præsumi omnia solenniter acta, quæ solent tradi per Cano. in d. c. sicut. & per Legistas in l. sciendum. de verbor. obl. vbi aliquando plenè scripsi. Ponunt etiam Moder. maximè Feli. in c. quoniã contra falsam. de probat.

Limitatio IIII. quòd

Quando magna est necessitas Ecclesiæ, prælatus cum consensu capituli infeudet res etiam non solitas infeudari.

Quartò limitatur regula prædicta, vt procedat, nisi subesset magna necessitas ecclesiæ: quia tũc cum consensu capituli potest Prælatus infeudare etiam res non solitas infeudari. Text. est in c. ad nostram. de re. eccles. non alien. per quem ita determinat Iac. de Bel. in d. c. j. in princ. qui feud. dar. pos. & sequitur ibi Bertrandus Capri. in tertia columna, Aluarot. in princip. v. & circa

principium nonæ,& ibi Martin. Laudensis circa finem in penultima fallentia,& dominus Cardin.in x.col.circa med.& in fine in vij.fallentia. ¶Sed adverte,quia Mart. & do.Card.intelligunt,quòd posit infeudare interveniente consensu, capituli scilicet, & alijs solẽnitatibus requisitis in alienatione rei ecclesiasticæ.Et ita loquitur text.in d.capi. ad nostram. sed Doctores, maximè Panor. ibi: & sic ista fallentia nihil adderet noui:nam certum est, quòd intervenientibus alijs solennitatibus, in omnibus casibus, in quibus possunt res immobiles ecclesiæ alienari in totum,poterũt & multo fortiùs infeudari,vt dixi suprà in ij.declaratione huius regulæ. ¶Vnde do.Iason,vbi suprà,in vij.col.in iij. limitatione vult, quòd in isto casu non requirantur solennitates prędictę,& allegat Ang.hoc tenentẽ in §.hæc etiam.in fin.in authent.de alien. & emphyt. Allegat etiam dictum Archid. in c.terrulas.xij.q.ij. qui dicit, quod tanta posset esse necessitas Ecclesiæ, quod Prælatus sine consensu capituli posit alienare in perpetuum res immobiles, etc. quod dictum refert Baldus in illo c.j.in princip.qui feud.dar.possunt. dicens tamen, quòd tunc esset necessaria rati-

ratificatio capituli, iuxta not. in l. Pomponius scribit. ff. de neg. gest. ¶De illo dicto Bald. facit etiam mentionem do. Card. ibi ad fi. iij. col. in illa quæstione, An in infeudatione facta per Prælatum in casu licito sit necessarius consensus Capituli? & dicit, quòd tenendo dictũ Bald. nihil esset speciale, nisi quãdo fieret alienatio perpetua: nam si sit temporalis, sufficit, quod interveniat cõsensus Capituli ex pòst facto, vt not. in c. cũ vos. de his quæ fiunt à Prælat. & in c. si qua de rebus. xij. q. ij. quasi velit, quod infeudatio nõ censeatur alienatio perpetua: quod tamen est falsum, vt dixi suprà eod. §. in plerisq; locis. ¶Vnde ponendo, quod sit alienatio perpetua, transit ipse cum Bal. quòd sit speciale in alienatione, quæ fit ex causa necessitatis, quòd sufficiat solennitates intervenire ex pòst facto. ¶Breuiter ego puto sic esse dicendum, quòd aut imminet necessitas ecclesiæ, non tamen exigit tantam celeritatem, quin possint adhiberi solennitates: & tunc illa necessitas est causa legitima deveniendi ad actum alienationis, sed cum solennitatibus debitis, vt habetur in c. nulli. per gloss. & Doctores, in tit. de rebus eccle. non alienan. & probatur in l. magis puto.

§.ne passim. cũ sequentibus §§. & ll. ff. de rebus cor. & in l. lex, quæ tutores. C. de admi. tut. & dixi suprà in v. ampliat. huius regulæ. ¶Aut verò immi net necessitas iũcta celeritate, quia est talis, vt non possit sine magno præiudi cio expectari, quòd interveniant solen nitates: & tunc adhibitis illis, quę tunc potuerunt adhiberi, sufficit, quòd aliæ interveniant ex pòst facto, quodque in terveniat ratificatio subsequenter eorum, quorum consensus à principio re quirebatur. Et ita procedat dictũ Bald. vbi suprá. Ad hoc adduci potest text. in l. si quis filio. §. hi, qui. ff. de iniusto, rup. & irrit. quæ habent, quòd propter necessitatem licitum est transgredi leges, vt in l. j. in princ. ff. de offic. eius, cui mã dat. est iurisd. & in l. nec quicunque. §. j. ff. de offic. Procon. & Lega. & in c. nõ est. cum concordantibus ibidẽ traditis in gloss. de reg. iuris, & in c. si pro debilitate. de rescriptis, libro sexto, cum similibus traditis per Modernos in d. l. prima, de offic. eius, cui mandata est iurisdictio, & in lege, de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. noui nunci. & multùm in proposito per Felin. in c. ex parte. in secunda columna, in prima limitatione, de constitut. & multa,

multa, quæ ponit Feli. in c.j. in xvj. col. in vij. fallentia, de consti. & quæ dixi in iiij. limitatione præcedētis regulæ, vers. sic. ista tamen conclusio. Et ex ibi dictis apparet, quòd istud procederet in extrema necessitate. Et vbi aliter provideri non posset aliàs propter simplicem necessitatem, vt prædixi, non liceret. Casus est ad literam in c. nihil. §. cæterùm. de elect. & ibi glos. & Doct. Quòd autem debeat adhiberi solennitas, quę potest in illa celeritate intervenire, probatur ex his, quę not. in c. fin. de appel. & in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prętori. ff. de operis no. nunc. & ex his, quę notant Innoc. & Doct. in c. cùm venerabilis. de consuet. vbi, si non potest haberi confirmatio Papæ, debet haberi confirmatio legati. Et vide ad istam limitationem, quæ dixi in secunda ampliatione regulæ affirmatiuæ, & multa quę prò & contrà in simili ponit Feli. in d. c. ex parte. de const. in ij. col. cum sequenti, ex cuius dictis apparet hoc dictū esse verum, vbi exigitur formalis consensus. ¶ Et si dicatur, obstant quæ dicta sunt in pręcedenti limitatione, vbi subsistente difficultate valet alienatio, seu infeudatio, etiā sine solennitate, dummodò fiat fides ex pòst facto, quòd sub-

erat illa causa difficilis recuperationis:respondeo, quòd ibi ideo est, quia res non erat in libera possessione Ecclesiæ:ideo nimirum, si faciliùs conceditur, quàm vbi est in libera possessione, & præsupponitur causa alienationis. Et ista est ratio, quæ mouit Papam, in c.ij. de feud. vt volunt ibi Doct.& in alijs locis, quos allegaui in præcedenti limitatione.Bene faciunt, quæ habentur in c. vt super.de rebus eccle.non al. maximè per Panormit.

Limitatio V. quòd

Infeudatio de re probibita alienari,ualebit in fauorem ecclesiæ,si uult.

Quintò limitatur regula prædicta, q; talis infeudatio non valet, scilicet in fauorem investiti,sed in fauorem ecclesiæ,si illi velit stare,bene valebit,nec vasallus poterit dicere de nullitate.Ita determinat Ang.in §.si verò quem. per illum text.in authent.de non ali.nam ecclesia potest in sui fauorem ratum habere,per c.si qua de rebus.xij. q. ij. quẽ text.commendat Pan. in c.edoceri. de rescript.in vj.quæstione,& in c.j.de his quæ fi.à Præla.& Imol.in c. cùm vos.in vltima charta,per totum,de his quę fi.à pręla.per illum tex. Ita limitat do.Car. in d.c.j.in princ.q feud.da. pos. circa fi.
vij.

vij.col. ¶ Mouetur etiã alia ratione, quia nõ licet huic contrahenti cũ ecclesia in præiudicium ipsius ecclesiæ allegare turpitudinem suam, per not.in c. si quis presbyterorum. de re.eccl. non ali.& in l.aliàs. ff. de iureiuran. cum similibus.

Quando contractus in totum reprobatur, an poßit ualere, etiam uolente eo, in cuius fauorem fit probibitio.

Sed contra istã limitationem multum facit, quia text.in c. ij.de re.eccles. non ali.lib. vj. improbat ipso iure contractum, & quando lex reprobat in totum contractum, tunc non potest valere, etiam volente eo, in cuius fauorem ꝓhibetur. Glo. est reputata singularis, in l. à diuo Pio. ff. de ritu nupt. de qua meminit Bald.in pluribus locis, quos ponit Feli. in c.cùm accessissent. in iij. col.& iij.declaratione, de constitu. vbi allegat alias glossas & authoritates ad hoc, quòd quãdo intervenit decretum irritans in lege, non potest aliquo modo convalidari. Ad idem etiam ponit ipse multa in simili, in c.cùm dilecta.in xij.col. ver.amplia quintò. de rescript. Ipse verò tangit de his aliquid in d.c. edoceri.in fin.vj.col.versi. sequi potest consensus.& tandem remittit se ad notata per se in c. causam. vbi Pan. tangit

in vlt.col.de rescript. cuius dicta ibi nō potui invenire. ¶ Tamen Archid.in d.c.si qua.de rebus eor.Hostien.Ioann. Andr. & communiter Doct. in d. c. de his,quæ fiu.à prælat.& Imol.post alios in c.cùm vos.eo.tit.& Pan.quem sequitur Aret.in d.c.causam.tenent,quòd sit speciale in ecclesia,sicut etiam in minore,per l.non eo minùs. C. de procuratoribus.

Infeudatus illicitè non allegat nullitatem concessionis.

Et advertendum est, quia specialitas consistit in duobus.Primo,quia contractu remanente invalido, ipse, qui contraxit cum ecclesia,non potest allegare illam nullitatem, si ecclesia velit illi stare.

Talis infeudatio nulla potest ratificatione convalidari.

Secundo, quia poterit ad validitatē illius contractus intervenire solennitas,quæ à principio fuit omissa: & si solus cōsensus superiorum fuit omissus, sufficiet eius ratificatio, vt traditur in locis præallegatis.

Ratificatio,de qua antè,an faciat ualere actum, ut ex retro.

Nunquid aūt talis ratificatio faciat valere actum,vt ex retro, patet ex traditis

per

per Doct.in locis præallegatis:nec volo me vlteriùs extendere, quia respicit materiã alienationis in genere rerum ecclesię, nec aliquid in hoc est simile in infeudatione.

Limitatio VI. quòd
Res minima, tanquam non comprehensa in prohibitione generali, infeudetur.

Sexta etiam limitatio huic similis traditur per Iason.in d.c.j.in vij. col.in iiij.fallent.regulæ negatiuæ, in tit. qui feud.da. pos.vt non procedat regula in re minima, quæ non comprehenditur in prohibitione generali alienationis, per ea,quæ tradunt Doct. maximè Panor.in c.vt super.de re.eccle.non ali.& per c.terrulas.& c.castellas. xij. quæst. ij. & adducit ad hoc multa similia non necessaria,in quibus nõ curatur de istis minimis, quæ pro maiori parte ponit idem Ias.in l.sciendum.in princ.in iiij. col.ff.qui satisd.cog. Quædam etiam dicta circa hoc ponit Alex. in Rub. ff. sol.matri.in ij.colu. & ibi latè tetigi de isto Brocardo, & vide, quæ dixi s̃.in ij. ampliatione regulæ affirmatiuæ.

Limitationes feudorum non respicientes specialiter materiam feudi, nec aliquid continent speciale in feudo, sed respiciunt materiam generalem alienationis rerum ecclesiæ, sunt frustratoriæ.

Sed ista limitatio est frustratoria,& plures aliæ, quæ traduntur in ista materia, quia non respiciunt specialiter materiam feudi,nec aliquid continent speciale in feudo: quinimo respiciunt materiam generalem alienationis rerũ ecclesiæ,vt dixi in pręced.limitatione.

Vbi reperitur permissa alienatio totalis rei ecclesiasticæ,fortiùs permittitur infeudatio.

Vnde facio regulam generalẽ, quòd vbicunq; reperitur permissa alienatio totalis rei ecclesiasticæ, permittetur & multò magis infeudatio, quæ est alienatio partis,scilicet vtilis dominij,arg. l.videamus. §. iurare.ff.de in lit. iur.cũ suis concord. Sed tamen vbi in specie reperi Doct. loqui de feudo,nolui prætermittere : quanquam ista limitatio suffecisset ferè ad omnes limitationes huius regulæ negatiuæ.

Quando infeudatur res minima, non ita æstimatur, sicut quando in totum alienatur.

Posset tamen attentari,quòd res minima non ita æstimabitur in hoc casu, sicut qñ in totum alienaretur, propter ius quod retinetur,per ea,quę dixi s̃.in iij.limitatione huius regulę in vers.aut verò res non est magna.& s̃.§. j.in prima limitatione. Bene facit etiã, quod videmus, quia quãdo res venditur minus

nus iusto pretio cum pacto de revendendo, præsumitur contractus factus in fraudem vsurarum, vt notant glo.& Doc.in c. conquestus. de vsuris.& in c. ad nostrã.de empt. & ven. cũ cõcor.de quibus per Alex.in iij.vol. consi. xliiij. aliàs xlvj. incipiente, Circa præsentis consilij.in j.col. Tamen modicitas pretij attenditur respectu talis pacti de revendendo,& propter hoc res debet minùs æstimari,secundum Pan. in d.c. ad nostram.& in c. in aliquibus.in ij. not. de deci.cum concord.adductis per Barba.in j. vol. consil. lj. incipiente, Scripsit sapientiæ fons. in primo dubio.

Limitatio VII. *an*

Prælatus infeudet rem prohibitam alienari suo capitulo. Vasallus episcopi alienat feudum in capitulum sine consensu episcopi.

Septimam limitationem ponit etiã Iason,vbi s̃.scilicet quãdo prælatus infeudat suo capitulo ratione cõiunctionis, quam habẽt simul, & pro hoc dicit adduci dictum Host. in c.nouit.de his, quæ fiunt à Prælat.qui vult,quòd valeat alienatio facta per solum prælatum in suum capitulum sine alia solennitate. Pro hoc etiã allegat glos.quæ refert illud dictum in Cle.fi.in glo. antepe.in verbo,ecclesiam. de re.eccles. non ali.

quæ tamen nihil firmat,& videtur potiùs innuëre contrarium,vt ibi ponderat Imol.Adducit etiam dictum Calde. in consil. suo xj.in tit.de feud.vbi vult, quòd vasallus episcopi potest alienare feudum in capitulū irrequisito episcopo,etiamsi habeant bona diuisa. ¶ Tamen in contrarium adducit ipse dictū Cardi. Flor. in consil.xxxvij.& alia, de quibus feci mētionem s̄.in viij.limitatione præcedētis regulæ, ex quibus apparet fortiùs,q̄ etiam res solitas infeudari non potest infeudare ecclesiæ. Allegat etiam Imol.in d.Cle.vlt. in x. colu.& Pan.in c. sicut. in vlt. col. de iureiurand.

Communis opinio habet, quòd Episcopus non alienet in capitulum res de mensa sine authoritate superiorum, saltem quando res sunt de mensa Episcopi, separatæ à mēsa Capituli.

Breuiter considera, quia communis videtur esse opinio,& Hosti. in d. c. nouit.quòd imo Episcopus non possit alienare in capitulum suum sine authoritate superiorum, saltem quando res sunt de mensa Episcopi, separatæ à mēsa capituli. Et ita cōcludunt Zenze.Io. An.& Imo.in d.Cle.fi.& do.Card.licet dubitet,& Pan.in c.sicut nostris.in vlt. col.de iureiur. ¶ Et illi,qui tenent cō

trarium,

trarium, scilicet Host. Pet. de sancto Ge org. & Pet. de Ancha. in d. Cle. ij. intelligunt, quòd potest Episcopus alienare in capitulũ, scilicet ex causa legitima: & solùm ibi est dubium, an capitulum posit authorari in facto suo, sicut posset in alieno subsistente causa. Vnde tenendo, quòd posit, intelligunt in casibus, in quibus posset alienare in aliam personam, & dicunt, quòd potest, sicut tutor potest sibi palàm & bona fide soluere de pecunia pupilli, per l. pupillis. ff. de author. tuto. Ita dicit Pan. in d. c. sicut. in fine.

Vbi in actu requiritur consensus alicuius, an dicatur præstari, quando actus fit cum eo, qui consentire debet.

Sed istud dependet ab illa difficultate, an, vbi requiritur consilium, vel consensus alicuius in aliquo actu, dicatur illum præstare, quando fit cum eo, qui consentire debet. De qua per glos. Bar. & Doct. in l. si procurator. ff. de condi. indebi. Bal. in l. si furiosi. C. de nup. tex. & ibi Pan. in c. cùm in veteri. de elect. & Bal. in c. cùm in iure. in vlt. col. eo. ti. Ro. consil. D. X V. incipiente, In quæstione, qua quæritur. & Alex. in l. j. §. fu it quæsitum. in j. not. ff. ad Treb. & in j. vol. ff. consil. cvj. incipiente, Quo ad præsens quæsitum. & in iij. vol. consil.

xxix. incipiente, Præclarè, ſubtiliter & copiosè. & aliqua ponit Feli. in c. edoceri. in antepen. col. de reſcript.

Authoris ſententia de præmiſsis addita ratione.

Et tenēdo, quòd palàm & bona fide poſsit contrahere capitulum cum epiſcopo, circa præmiſſa dico, quòd in caſibus, in quibus liceret epiſcopo cū cōſenſu capituli alienare in totum in alterū, licebit etiam alienare in capitulum: &, vbi non liceret epiſcopo alienare in totum, ſed infeudare, tunc ſi durior ſit cōditio epiſcopalis menſę per conceſſionē factam capitulo, q̄ eſſet priùs, nō poteſt hoc fieri. Et ita procedant, quæ dixi in viij. limitatione præcedentis regulæ. ¶ Et ratio eſt in promptu, quia poteſt facere pro eccleſia ſua, quod faceret pro alio, ſcilicet eiuſdē conditionis, & cęteris parib. vnde ſi res eſſet cōſueta dari in feudum alteri eccleſiæ per Epiſcopū, & aliquo caſu reuerteretur ad eum, poſſet infeudare ſuo capitulo, niſi alia ratio impediat, quæ faciat deteriorem cauſam mēſæ epiſcopalis, per ea quæ dixi in d. viij. limitatione præcedentis regulæ.

Limitatio VIII. & poſtrema aſſerens, quòd Prælatus concedat in feudum, quod finitur morte, res prohibitas alienari.

Octauò

Octauò limita, nisi esset feudũ, quod finitur morte: quia tunc indistinctè potest cõcedere, vt probatur in c. j. in titulo, de cõtro. inter vas. & epis. & ibi not. glo. fi. & Doct. & ponit Odof. in summa huius tituli, in fine.

III.

In hac tertia parte huius tituli principali agit de infeudationib. quæ fient p PERSONAS EAS, QVAE Princi pib. supremis & Ecclesiasticis prælatis sunt INFERIORES: *ostẽdens simul ordinẽ, quẽ in hac* III. *parte tenebit.*

Tertiò principaliter videndũ restat, quę personę extra Principes supremos & prę latos Ecclesiasticos feudum cõcedere possint, & procedẽdo ordine inchoato præmittam iura diuersa super hoc obseruata. ¶ Deinde secundò tradam regulam: ¶ Postea & tertiò ponã vnam limitationem, seu exceptionem ad ipsam regulam.

Regula ostendens,

Quibus olim permittebatur in feudũ dare, & quibus hodie id liceat.

Primò igitur pręmitto, q, olim nõ omnib. passim permittebatur dare in feudũ, sed certis tantùm personis, quibus aut dignitas, aut nobilitas, aut cõsuetudo antiqua tribuebat, vt Ducibus, Comitibus, Marchionibus, item & alijs inferioribus, qui ab istis feuda accipiebant, qui dicebantur regis seu regni

valuaſſores, hodie verò vocantur Barônes, ſecundum quod fuit declaratum ſ. in tit. de diſtinctione feudorum. Alij verò inferiores, ſeu minores valuaſſores, qui ab iſtis maioribus valuaſſorib. ſeu Baronibus feuda accipiebant, non propriè habebant iure feudi, nec ſecundũ propriam naturam talia feuda cenſebantur. Ita dicit tex. in c. j. in princ. verſic. Marchio. qui feud. da. poſ. iuncto §. notandum. eo. titul. & notant gloſ. & Doct. in d. §. notandũ. & ponit Aluar. in d. princ. circa med. iij. & poſt princ. vij. col. & ibi do. Card. ante fin. ſecundę, & in fi. ix. col. & ibi glo. final. ¶ Hodie verò omnes regulariter feudum dare poſſunt, & ſic materia eſt prohibitiua, quia quilibet poteſt dare, niſi ſit à iure prohibitus, vt ibidem notatur.

Ampliatio I. ad regulam ſuperiorem, quòd Ruſticus etiam infeudet feudum, ſed ſimplex.

Ampliatur primò hęc regula, vt procedat etiam in ruſtico, vt vult Bal. in d. c. j. §. Marchio. circa fi. & ſequitur ibi Alua. in fi. iij. col. & do. Card. circa fin. ſecundæ: allegat Innoc. & Cardi. Flor. in c. verùm. de foro compet. Faciunt, quæ habentur in l. cùm ex oratione. in princ. per Bart. ff. de excu. tuto. ¶ Et intellige de feudo ſimplici: nam feuda dignita-

dignitatum solus Princeps, aut alij habentes potestatem à Principe, possunt concedere, vt dixi s. §. xj. circa princ.

Ampliatio II. excutiens, an Fœmina infeudare posʃit.

Secundò amplia hoc procedere, nedum in masculo, sed etiam in fœmina. Text. est in §. fœmina. in tit. per quos fiat in vestit. & tex. in §. beneficium. in tit. de capit. extraor. quod potest dupliciter intelligi, secundum And. de Iser. Primò in casibus, in quibus ipsa fœmina potest habere feudum, de quibus ī. in tit. de succes. descendentium, poterit etiam ipsa alteri infeudare, secundũ quod posset masculus. ¶ Secundò, quòd rem suam allodialem indistinctè potest concedere in feudum, licet ipsa sit regulariter incapax feudi. Sic sequũtur ibi Mart. Laud. Aluar. & do. Cardi. & erit casus, in quo mulier potest habere iurisdictionẽ, quia ipsa habebit iurisdictionem in vasallos, sicut alij domini, cùm istud sit accessorium ad feudũ, secundum Bal. ibi, quem sequuntur Aluar. & do. Card. allegãt. text. in c. j. de eo, qui sibi & hęred. suis. & c. dilecti. de arbit. & glos. in l. fin. C. de arbi. & c. significauit. de rescript. cum similibus. ¶ Dicunt tamen Alua. & do. Cardi.

hoc non procedere de iure Lombardorum, & allegant text. in d. Lombarda ff. de hoc non curo. Aliter etiam limitatur j. in limitatione huius regulæ, vers. & ideo fœmina.

Ampliatio III. quòd

Constitutus in articulo mortis concedat in feudum.
Constitutus in articulo mortis an contrahat matrimoniũ.

Tertiò amplia, vt posit nedũ homo sanus, sed etiam constitutus in articulo mortis. Ita in specie decidit Car. Zaba. consil. xxxiiij. circa princ. allegans text. in c. nisi cum pridem. versic. alia verò. de renunc. & in leg. sanum. C. de transact. & in l. senium. C. qui testam. fac. pos. & in c. fin. de succe. ab intest. & hoc, nisi probaretur, eum etiam mente vacillasse, vt habetur in dictis iuribus, lege, in aduersa. ff. de testa. & c. sicut. ij. de regulari. Ad hoc etiã potest adduci, quod tangit latè Alexand. in leg. si quis posthumos. in princ. de libe. & posthumis. cum multis concord. ibi traditis per eum, in illa quæstione, an constitutus in articulo mortis posit contrahere matrimonium. Ponit etiam Bal. in c. innotuit. de electione, in quinta columna, & Barba. in c. Raynutius. de testa. in j. notabili, & Feli. in c. præ-

terea

terea.circa fin. de offic. ord.Facit text. in c. j. lvij. distinct. ¶ Et loquitur Zaba. etiam in prælato ecclesiæ: quod est magis dubitabile, ex quo talis contractus non ligat successorem, vti hæredem: tamen ex quo in vita habet potestatem in casu à iure permisso, non videtur fraudem committere, nisi alia suspicio concurrat: quia tunc istud adiuuaret, vt patet ex notatis per Alex. in d. l. si quis posthumos. Vnde si coniunctæ personæ, aut aliàs suspectæ infeudaret, faciliùs præsumeretur suspicio, quando hoc facit in graui infirmitate constitutus, provt patet ex his, quę dicit Alexand. ibi. Et eodem modo si tractaret de resignãdo beneficio, à quo dependet feudum, & paulò ante resignationem faceret talem infeudationem, faciliter præsumeretur fraus, per ea, quæ traduntur in dictis locis, & in concordantib. ibi traditis, vt tetigi s. eo. §. j. versic. item alia suspicio posset insurgere. Et ex his redditur indubitata alia ampliatio, quam ponit Aluar. in capitulo primo, in principio, per quos fiat investi. circa fin. vbi quærit, quid de sene. Et determinat, quòd possit, post Iacobum Ard. per l. senectus. ff. de donat. Idem etiam dicit de muto &

surdo. Et breuiter omnis, qui posset alienare, poterit infeudare, vt patebit ex his, quæ dicentur ĩ. in limitatione huius regulæ.

Ampliatio IIII. quòd

Prædicti laici omnia infeudent, & solita & non solita infeudari.

Quartò amplia, quòd in istis laicis non solùm permittitur infeudare res solitas infeudari, sed etiam nõ solitas: vt declarat And. de Iser. in d.c.j. ante fi. iij. col. qui feud. da. pos. & sequitur ibi Aluar. circa med. iij. col. & ibidẽ ponit Bald. in §. Marchio. in primis verbis. Ponit etiam do. Card. circa princ. ij. col. per illum text. qui, dum loquitur de laicis, nõ replicat de rebus, quæ sunt solitæ infeudari. Illa tamen distinctio potest adhiberi in administrationibus rerum alienarum, de quibus dicam ĩ. in vers. prædicta ante omnia.

Ampliatio V. quòd

Laicus etiam res, quas ab alio tenet, infeudet.

Quintò amplia, quia nõ solùm possunt concedere res, quas habent pleno iure: sed etiam res, quas tenent ab alijs in feudum, vt probat text. in d. c. j. §. Marchio. qui feu. da. pos. & ibi do. Car. circa med. iij. colu. de quo latiùs dicetur

cetur j.in tit.de alie.feud.§.

Sequitur nunc LIMITATIO *huius Regulæ, habens plura capita, & asserens, quòd Qui non habet liberam administrationem, concedit in feudum.*

Hæc regula recipit vnam exceptionem, seu limitationẽ tantũ, quæ habet plura capita, id est, infertur ad plures casus. Procedit enim hæc regula ita demum, si concedens habeat liberam administrationem: secùs, si non haberet. Et istud potest contingere dupliciter: Primò ex defectu personæ suæ: secundò ex defectu iuris, quod non habet in re: vt sunt illi, qui administrant res alienas. Et ista limitatio traditur per text. in c.j.in princ.in tit. per quos fiat investi.& ibi per glos.& Doct.

Minor quando infeudet?

Ibi tamen duo casus ponuntur: nam aliquando agitur de remouenda investitura iam facta in casu, in quo dominus ad hoc tenetur: & tunc etiam minor potest hoc facere: intellige, sine solennitate requisita in alienatione rerũ minorum. Tamen si est pupillus, debet intervenire authoritas tutorum, secundum Iac. Ardi. quem sequitur Aluar. in illo c.j. ante fi. per §.j. Instit. de author. tut.& l. de pupillo. in princip.& §. nunciare.ff.de oper.no.nunci. Et idem di-

cit de minore habente curatorem, per l.si curatorem habens.C.de in integ.restit.min.Si autem non haberet curatorem, valeret sine illo: sed posset restitui minor, si esset læsus. Et ista dictā videtur etiã sequi Mart.Laud. ibi,ante finẽ.
¶ Refert tamen Aluar. Iaco. de Bel. tenuisse, quòd etiam sine authoritate tutoris talem renouationem potest facere: & valebit,quia non dicitur alienare,sed exequi & confirmare,quod suus prædecessor fecit,vt ibi not.glo. & oẽs Doct.& allegat in specie text. in l. magis puto. §. si pupillus. vers. si pater. ff. de rebus eorum. Et istam opinionem per multa sequitur Bertrand. Capri. ibi,& Odof. in summa huius tituli circa princ.vers.sed quid si tutorem.& Ioan. Blan.in eo.tit.in ij.col.vers.minor etiã. allegantes l. j. & fi. C. quando decret. opus non sit,l.si dictum.§.fi.ff. de evict. & l.licet.§.idẽ accidit.& l.quantuberonis. §. primò respõdeo. & l.curator.ff. de pecu.& l.ij.C. si aduer.ven.pig. & l. Æmilius. ff. de minor. & alia quædam leuia. ¶ Sed pro concordia potest dici,quòd aut quęrimus de validitate investituræ, quantum ad translationem possessionis, vel alterius iuris, si fortè apud eum esset: & tunc non posset sine autho-

authoritate tutorum, per l. possessionē pupillus. cum ibi not. ff. de acquir. poss. & d. §. j. Instit. de author. tutor. ¶ Aut verò quantum ad liberandum ipsum pupillum ab obligatione, qua tenebatur investire, vt dicetur j. in tit. ad quid teneatur dominus vasallo ex forma investituræ? tunc potest, per §. j. Insti. de author. tutor. ¶ Aut verò quantum ad hoc, vt obligetur ipsi vasallo, & tūc dico, quòd per illum actum nō est obligatus, d. §. j. licet ex primęuo contractu, si sit concedentis, transeat in eum effectualiter obligatio, si nullum factū ipsius requiratur, per l. Æmylius. ff. de minor. cum ibi not. ¶ Aut verò quantum ad excusandum ipsum vasallum, vt sufficiat petijsse & obtinuisse investituram à pupillo sine tutoris authoritate. Et videtur dicēdum, quòd sic. Et ita in specie decidit Io. Blan. vbi s. per d. l. magis puto. §. si pupillus. & l. si dictum. §. fi. ff. de evicti. cum similib. Et bene faciunt, quæ traduntur per Bart. & alios, maximè Alex. & Moder. in l. si ex legati causa. cū l. seq. ff. de verbor. oblig. & in alijs locis ibi allegatis per eos. ¶ Intelligo tamen in pupillo habente intellectum, aliàs aūt actus nullò modo valeret, sicut si esset furiosus, si tunc debet

actus explicari per tutorem infantis,& curatotem furiosi, vel similis insensati, vt voluit Odof.& Io.Blanc.in loco prę allegato,& Iac.Ardiz. etiam in summa eiusdem tit. quem refert & sequitur Al uar. in d.c. j. circa fi. princ. per quos si. investi. & ibi etiam Mart. Laud. & do. Cardinal.& Bertrand.Capri. Si autem fari posset, tunc ipse cum authoritate tutorem facere debet, sicut traditur in l.si infanti. C. de iure delib. & in l. bonorum.C.qui admitti.

Tutor, uel curator concedunt in feudum, item Syndicus, œconomus & similes.

Valebit tamen etiam, si fiat à tutore vel curatore: nam ex quo ad hoc pupillus seu adultus, aut alius cuius bona administrare tenebatur, licitum est tutori seu curatori hoc facere, p iura supe riùs allegata, maximè per d.l. magis puto. §. si pater. vbi probatur de œconomo, syndico & similib. in authentica, quibuscũq;.C.de sac.san.eccles.à cõtra rio sensu: quia ibi prohibētur tales personæ concedere suis consanguineis: ergo alijs possunt. Et loquitur in fortioribus terminis, vt j. subijciam.

Etiam procurator generalis ad negotia constitutus in feudum concedere potest.

Quinimo & procurator ad negotia gene-

generaliter constitutus hoc posset facere, secundùm responsum do. Car. in d. c.j. per quos fi.investi. in §.sed vtrũ. ad fi.per l.mandato.& l. Procurator tutoris.ff.de procurat.

Filius & seruus quando in feudum dare possint.

Seruus verò non posset, nisi à domino ei mandatum sit, vt dicit Aluar.post Iac. Ardiz.in d.c.j.§. personam. in penul. col. post med. per quos fiat invest. & ibi do.Card.allegans l.iij.§.si seruus.ff.de donat.inter vir.& vx.& l.j.§.j. C. quæ res pig. oblig. poss. & l. ij. C. in quib.caus.col.l. cẽsi. & l.per colonum. C.de agri. & censi. lib. xj. Et eadem ratione idem dicendum est in filio, per l. filius.& leg.seruus.cum concord.C.de pact. Ex ibi tamen notatis potest limitari multipliciter, iudicando infeudationem à pari cum alienatione, provt fieri debet, vt patet ex omnibus, quę dicuntur in v.§.& præced.

Declarantur omnia prædicta, an procedãt in renouatis, sed an poterunt rem reuersam alteri infeudare.

Prædicta omnia procedunt in renouatione investituræ, quæ fit ex necessitate, hoc est, quia ius vtile nõ erat devolutum ad dominum feudi, sed an tales personę possint ius sibi devolutum alteri concedere. provt potest prę latus

liter puto, quòd tutor, curator, syndicus, œconomus & alij administratores habẽtes liberam, poterunt hoc facere, sicut prælati ecclesiarum, ex quo res est solita cõcedi: vt ꝓbatur in authen. quibuscunq;. à contrario sensu, C. de sac. sanc. eccl. & dicetur j. sequenti membro. ¶ Procurator autem generalis hoc non poterit, quia, vt dixi hîc, cadit electio nouæ personæ, & translatio dominij vtilis, quæ est voluntaria, aut saltem potest aliquo casu esse damnosa, vt proximè dixi per l. procurator tutoris. & l. mandato. ff. de procur. & l. contra iuris ciuilis. §. fi. de pact. Et faciunt, quę tetigi s. in iiij. ampliatione huius regulæ. ¶ Item nec poterunt isti consanguineis suis concedere, vt patet ex his, quæ dixi s. §. prox. in v. ampliatione regulæ affirmatiuæ. ¶ Cætera etiam ibi dicta in prælatis, quatenus conveni re possunt talibus administrationibus, possunt procedere in illis, eo excepto, quòd res ecclesię non dicetur solita infeudari, quando fuit facta cõcesio nulliter, nisi sit decursum tempus xl. annorũ, & factæ sint duæ infeudationes minùs legitimæ: in rebus autem pupilli & similium, dato quòd illæ infeudationes nunquam fuerint cõvalidatæ, suf-

ficiet tempus xxx.annorum, vt dixi s. §.prox.in vij.declaratione primæ regulæ, versic. item aliquando sufficit tempus xxx.annorum.

Qui non habet legitimam administrationem, non infeudat de nouo. Fœmina luxuriosè uiuens non infeudat.

Circa secundum verò casum, scilicet quando inuestitura fit de nouo, & de re nunquam aliàs legitimè concessa: ergo concesio est, quòd pupillus minor, vel alia persona, quæ non habet legitimam administrationem, etiam cum authoritate sui administratoris non potest infeudare, nisi seruatis solennitatibus, quæ requiruntur in alienatione rerum immobiliũ talis personæ, scilicet decreto iudicis adhibito cũ causæ cognitione, &c. Ista regula traditur in d. c.j.in princ. per quos fiat inuestit. nisi in casibus, in quibus tales res possunt alienari. Et ideo fœmina luxuriosè viuens non potest infeudare, si ita viuat, vt ei administratio sit interdicta, iuxta no. in l.mulieri.ff.de curat.furio.Ita determinat Iac. Ard. in d.c.j.§. fœmina. qui feu.da.pos.Et sequuntur ibi Aluar. & do. Car.Et eodem modo in alio prodigo, iuxta l. is, cui bonis. ff. de verb. obl. Et idẽ in alia persona, quæ de iure, vel

vel ex forma ſtatuti prohibetur alienare, vel adminiſtrare, vt probat ille text. & ibi declarant Doct. maximè Moderni: & latiùs ponit Io. Blan. in ſum. huius tit. verſic. item maior.

Procurator, qui non habet liberam, an & quãdo cõcedat in feudum.

Ex hoc etiam inferunt, quòd procurator, qui non habet liberam, vel ſpeciale mandatum, hoc non poteſt facere, per l. procurator tutorum. & l. mandato. ff. de procurat. ¶ Excipitur tamen vnus caſus per do. Mart. Laud. & do. Card. ibi, ſcilicet quando dignitas perſonæ hoc exigeret: putà, ſi eſſet princeps, dux, vel alius magnus dominus, cui pro ſua dignitate hoc convenerat, per text. in l. cùm plures. §. final. ff. de admin. tut. & notat. in c. grandi. de ſuppl. negligen. prælat. lib. vj. & notant gloſ. Bart. & Doct. in d. l. contra iuris Ciuilis. §. fi. ff. de pactis.

Tutor, curator & ſimiles non donant rem immobilem pupilli, uel minoris ſine decreto.

Sed advertendum eſt, quia licet adminiſtrationibus talium perſonarum permiſſa ſit donatio, vt traditur in locis preallegatis, tamen ſi agatur de donando rem immobilem, non poterit fieri ſine decrèto: & ex qualitate perſonæ at

bitrabitur iudex, an ipsi pupillo, vel minori, aut simili personæ expediat, prout dixi in prælato s. §. prox. in iiij. & v. limitationib. regulæ negatiuæ. ¶ Et patet ad sensum, quia si est necessarium decretum, vbi alienatur res immobilis titulo oneroso in casu licito, multò magis quando titulo lucratiuo, putà per donationem, quæ non cadit sub administratione, vt l. j. in princ. & ibi Bal. notat circa med. ff. de tutel. & rat. dist. Vnde cùm feudum nō possit consistere regulariter, nisi in re immobili, vt dicetur j. in tit. ij. circa princ. non video, quòd aliquo casu possit procedere hęc exceptio, seu limitatio, nisi intelligẽdo, prout suprà.

Qui

QVI FEVDVM ACCIPERE possunt, Rubrica.

Ostendit, quid in hoc titulo acturus sit, & quo ordine & uia id explicabit.

POSTQVAM visum est, quę psonę feudum dare possunt, congruenti ordine videndum est, quæ personę posѕint feudum accipere, seu de feudo investiri: circa quod faciam regulã cum aliquibus ampliationibus.

Regula uniuersalis huius tituli, quòd Quilibet, qui non reperitur prohibitus, potest accipere feudum.

REGVLA Est igitur affirmatiua, q̃ vnusquisque potest investiri de feudo, nisi reperiatur prohibitus. Ista regula traditur per text. in c. j. §. personam. in tit. per quos fiat investi. Et hanc regulã ponit Odof. in hoc tit. ad fi.

Ampliatio I. ad præcedentem regulam, ostendens, Seruus quando posѕit inuestiri, uel non.

Ampliatur primò hæc regula, vt procedat nedũ in libero homine, sed etiã in seruo. Ita dicit text. ibidem in ij. respõsione. Declarat tñ ibi text. istã ampliationem procedere, quando investitura fieret à sciẽte: aliàs si fieret ab igno

rante,non valeret. ¶ Veruntamẽ obſtat,quia etiam ſi fiat à ſciente,non poteſt ſeruus eſſe capax vtilis dominij, quod habet vaſallus,vt dicetur per l.ex hoc iure.cum ibi not.ff.de iuſti.& iure. ¶ Item nec poteſt eſſe miles, l. ſuper ſeruis.C.qui mili.non poſſunt.& tamẽ vaſallus appellatur miles; c. j. & ij. de feu.ſine cul.non amit. Item feuda aliquando nobilitant, c.j.§. in cæteris. in tit. quis dic.dux,Mar. Com. cuius incapax eſt ſeruus, l. fin. C. qui mili. non poſ. ¶ Idcirco And. de Iſer. quem ſequuntur Alua.Mar. Laud. & do. Card. in §.perſonam. facit tres caſus:aliquando enim dominus concedit ſeruo proprio ſcienter feudũ, & eo ipſo videtur eum manumittere,per d.l.ſuper ſeruis. &d.l.fi.Allegat etiam l.liberti libertę'que.& l.pen.C.de ope.lib.Meliùs facit l.j.§. ſed & ſi quis. & §. ſimiliq; modo. C.de Lati.lib.tol.& l.fi.C.de nec.& ſeruis hære.inſti.& ex ibi.no. poſſet iſtud multipliciter limitari. ¶ Bal.tamen in d.§. perſonã. tenet contrarium,licet alij Moderni non referant,per tex.in l. ij. C.de nec.& ſer. hæred. inſti. quòd ſi relinquitur legatum ſeruo à domino, non per hoc videtur & relicta libertas: & quia iſta ſunt verba enunciatiua,

quæ

quæ nõ disponunt, nisi aliter appareat de mente disponentis. Allegat tex. in l. emptor. §. ancilla. ff. de rei ven. Pro qua opinione facit text. in d. l. fi. §. his tantummodò casibus. C. de Lati. lib. tol. vbi dicit, quòd in casibus tantùm illa l. expressis cõpetit libertas seruo, & licet fortè nõ excluderẽtur alij, qui pòst reperirentur expressi, tamen nullibi reperitur iste. Et idem etiam vide in casu sequenti. Nec obstant iura allegata per And. de Iser. quia loquuntur in alio casu, & istud patet ex d. §. his tantummodò casibus. ¶ Vnde puto opinionem Bal. veriorẽ, prȩterquàm in vno casu, quando concederetur feudum habens dignitatem annexam, per dominum serui vel per aliũ, qui habent hanc potestatem, putà per principem, aut alium: de quibus dixi s̃. §. j. circa princ. domino serui sciente, per d. l. fi. qui milit. nõ pos. lib. xij. & per ea, quȩ tradunt Doct. maximè Mod. in l. Barbarius. in vers. nã & si fuisset. ff. de offic. prætoris. ¶ Aliquando conceditur feudum seruo alieno ipsius serui contẽplatione, & vt seruo acquiratur: & tunc, si dominus consensit eum investiri, idem dicendum erit per eadẽ iura & easdem rationes secũdũ eos; sed dic, vt s̃. proximè dixi,

& provt in seq. versic. Si verò fuit ei datum modo, quo s. & dominus non consensit, tunc invtilis erit concessio: quia talis conditio potuit apponi, vt probatur in simili in authent. excipitur. C. de bo. quæ libe. & ibi Bar. qui loquitur in Monacho: licet aliter dicat in eo fauore ecclesiæ. De quo dicto ponit etiam Pan. in c. ij. de statu mo. vbi limitat dictum Bart. Si ergo potuit apponi, non acquiritur feudum dominio serui: quia concedens noluit. Allegant l. in re mãdata. C. manda. Meliùs faciunt, quę habentur in l. qui mihi donatum. ff. de donat. Non potest etiã acquiri seruo, per l. quod attinet. ff. de regul. iur. Meliùs facit l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. cũ ibi plenè notatis. ¶ Dicunt tamen Aluar. & do. Card. quòd istǫ casu, si dominus vellet manumittere seruum, acquireretur ei feudum, arg. l. iij. C. de insti. & substit. & l. fi. C. de vsufr. & l. hodie. ff. de capi. di. Bene faciunt, quæ habentur in l. cum filio. de legat. j. & in l. cùm proponas. C. de hære. instit. ¶ Aliquando & tertio casu conceditur feudum contemplatione dominii, vel sumus in dubio: & tunc si concedens sciebat eum esse seruum, acquiritur domino, per §. j. Instit. per quas perso. no. acqui.

qui. & l. placet. ff. de acquir. hæred. cũ similibus. Nam certum est, quòd feudũ potest per alium acquiri, vt dicam ĩ. in hoc §. in vij. ampliatione.

Nemini alius debet fieri uasallus, quàm putauit.

Si autem concedens ignorauerit eũ esse seruum, tunc non acquiretur domino, vt est text. in d. §. personam. & ratio ponitur in l. fideicommissa. §. si seruo. de leg. iij. quia ex quo istud feudum requirit seruitium personale & fidelitatem, si sciuisset seruũ, verisimiliter non concessisset: nec debet sibi alius, quàm putauit, vasallus fieri, vt declarat domi. Car. in dicto §. personam. ¶ Quid autem si dubitasset? Tãgit Bal. in d. §. personam. & dicit, quòd tunc acquiretur domino, quia imputatur sibi, si non investigauit, per l. qui cum alio. ff. de regu. iuris. Et sequitur simpliciter Alua. ibi circa med.

Dubius æquiparatur ignoranti.

Sed Mar. dicit, quòd si constat de mẽte concedentis feudum, vt per leg. cùm proponas. C. de hæred. instit. Si verò non cõstat, tunc dicit non valere: quia dubius æquiparatur ignoranti, l. manifestissimi. §. sui autẽ dubius. C. de fur. Et ideo cùm hîc requiratur, q sciat, nõ est verũ dicere eum sciuisse q cõcessit.

Dubitans quando habeatur pro ignorante.

Sed do. Card. saluat Bal. dicẽs, quòd ex quo debuit investigare de qualitate eius, cum quo contrahebat, & non fecit, præsumitur sciuisse, per ea quæ habẽtur in c. innotuit. de elec. & l. fi. ff. de condic. ind. Et ista solutio est de mente Bal. & Aluar. secundũ eum. Addo eundem Bal. in d. l. manifestissimi. quem sequitur Alex. in l. quamdiu. in princ. C. qui admit. vbi volunt, quòd dubitãs ita demũ habetur pro ignorante, si nõ potuit faciliter informari: & allegat Alex. text. in l. regula. §. sed facti. ff. de iuris & fac. igno. ¶ Ex quo infero, quòd si habuisset iustã causam credulitatis, vel dubitationis, procederet dictũ do. Mart. Pro quo addo not. per Bar. in l. ij. §. si à pupillo. ff. de vsucap. pro empto. ¶ Tangunt etiam Doct. in d. §. personam. qualiter succedet in tali feudo, §. seruo concesso. sed reseruo dicendum in tit. de succes. feud.

Monachus quando inuestiri possit. Monasterium nõ est regulariter capax feudi.

Et prædicta omnia, quę dicta sunt in seruo, habent locum in Monacho, eadem ratione: eo excepto, quòd si relinquatur ei sub conditione, ne acquiratur monasterio: Bart. in authen. excipitur.

tur, C. de bo. quæ lib. videbitur, quòd legatum ita relictum effectualiter acquiratur monasterio. Sed tamen licet in legato alicuius rei posset procedere dictum Bart. cum limitatione, de qua per Pan. in d. c. ij. de stat. mon. tamen in feudo puto secus, per tex. in d. l. fideicō missa. §. si seruo. ff. de lega. iij. maximè, quia etiam monasteriū regulariter non est capax feudi, vt dicetur j. in tit. de successione descendentium.

Filiusfamiliâs, qui creditur esse paterfamiliâs, indubitanter inuestitur.

In filio autem familiâs indubitanter tenet feudum, etiamsi eum crederet patremfamiliâs, quia sibi acquiritur proprietas. Quinimo secundum quosdam patri non quæritur vsusfructus, de quo dicam j. in d. tit. de succes. descendentium.

Error respiciens personæ qualitatem, quæ non facit aliquem incapacem feudi, non uitiat inuestituram.

Nec talis error vitiat, qui respicit qualitatem personæ, quæ nō facit eum incapacem, vt etiam dicit And. de Iser. in d. §. personam. allegans ea, quæ habentur in c. ij. de coniug. seruor. Addo etiam ea, quæ tradit Bart. in l. j. ff. de offic. procur. Cæs. in iiij. col. in primo mēbro suę distinctionis, in illa quæstione,

an error impediat dominij translationem? cum concord. ¶ Nisi esset talis qualitas, quę esset causa finalis concessionis, seu sine qua verisimiliter nō fuisset facta concessio, vt dicam ĩ. in iiij. ampliatione: & quia etiā si nollet ipse concedens aliquod cōmodum acquiri patri, potest impleri sua voluntas, per d. authent. excipitur. C. de bo. quæ lib. secundum Andr. de Iser. & do. Mar. in d. §. personam.

Ampliatio II. quòd Fœmina etiam inuestiatur.

Secundò amplia regulam, vt procedat nedum in masculo, verùm etiam in fœmina, vt probatur in c. j. §. filiā. vers. vel nisi. de succes. feudi. & in c. j. in tit. quemad. feud. ad fil. pert. & ibi notāt Doc. maximè Aluar. Mart. Laud. & do. Car. Tex. est etiam in c. j. de benef. frat. & patebit ex his, quæ dicentur ĩ. in tit. de succes. descendentium, §. Et ponit Odof. in sum. huius tit. ver. item non distinguo sexū. & Iac. Ardiz. circa prin. & ibidem Ioan. Blan.

Ampliatio III. quòd Pupillus & minor etiam inuestiantur.

Tertiò amplia, quòd nedum habens ætatem perfectam, sed etiam pupillus & minor. Casus est in c. si minori. in tit.

si

ſi de feu.fue.contro.& in d.c.j.§.perſonam. in generalitate ſui, per quos fiat inveſtitura.

Pupillus adhuc infans an ſine tutore acquirat feudum?

Solùm ſtat dubium, an pupillus adhuc infans poſsit ſine tutore acquirere? Breuiter Odof.in ſum.huius tit.circa fi.dicit, hoc ꝓcedere in pupillo, qui fari poſsit.Iac.autem Ardiz.& Io.Blan. ibidem circa princ. dicunt, quòd ſi eſt infans non doli capax, non poteſt feudum accipere, etiam cum authoritate tutoris: ſed inveſtitura concipienda erit in perſonā tutoris. Si autem eſt doli capax,tunc poteſt cum authoritate tutorum,& etiam ſine illa.Et ita reſident Iac.de Bel.Aluar.Mart.Lau.& do.Car. in d.§. perſonam. idem dicentes in furioſo, mente capto,etc. quod in infante.Et dicunt debere diſtingui, provt in acquiſitione aliarum rerum,ſecundum quod habetur in l. donatarū. C. de acqui.poſſeſ.& in l.quamvis.§. infans. ff. eo.tit.ſed vide pleniùs in l. j. §.adipiſcimur.illo eo.tit.vbi latè Moder.tangūt, & aliquādo ibi ſcripſi. Cùm ergo nihil ſit ſpeciale in feudo, remitto ad ibi no. Et ſecundum prædicta debet intelligi dictum Bal.in l.ij.C.communia de ma. qui dicit indubitatè,quòd feudum po-

test concedi etiam infanti.

Prædictorum intellectus & declaratio.

Prędicta tamen intellige procedere, quantum ad acquisitioné vtilis dominij, & alia quæ meré respiciunt fauoré pupilli: sed quantum ad obligandum pupillum, tũc requireretur authoritas tutoris, per ea quæ dixi s̄. tit. proxi. §. iij. in limitatione versi. sed pro concordia.

Ampliatio IIII. quòd

Rusticus etiam inuestiatur de feudo habente dignitatem, & quando.

Quartò amplia, vt nedum procedat in nobili persona, sed etiam in rustico: quia talis potest investiri ab habēte potestatem etiam de feudo habēte dignitatem annexam, vel iurisdictionem, secundum Bald. in c. j. §. ex eadem lege. ante med. in tit. de lege Conrad. Et sequuntur ibidem Aluar. & do. Cardina. Alexand.

Error personæ quatenus in feudi dignitate uitiet inuestituram fiendam.

Quod tamen intelligo, quatenus loquor de feudi dignitate, dum modò cõcedens habuit notitiam qualitatis personæ: quia si putasset accipientem esse nobilem, & feudum sit tale, quod non solet concedi, nisi nobili, puto quòd ta lis

lis error vitiaret, per l. si pater. cum ibi not. C. de hæred. insti. & per ea, quę dicta sunt s̄. in j. ampliatione, & dicetur statim in seq. ampliatione circa fi. & latiùs in vj. ampliatione.

Ampliatio V. quòd Ecclesiasticæ personæ accipiant feudum à laico, & quando.

Quintò amplia, vt procedat etiam in personis ecclesiasticis, quæ possunt accipere feudum etiam à laico, secũdum Odof. in sum. huius tit. circa fi. Allegat c. præterea. in tit. de vas. qui contra cóstit. Loth. vbi non reperitur illud c. Idẽ tenet Iac. Ardiz. in eo. tit. ad fin. allegás c. j. §. & idẽ, si clericus. de capit. Conra. Per quem text. idem etiam tenet Ioan. Blan. in eo. tit. ver. itẽ accipere potest.

Nemo militans Christo debet se implicare secularibus negotijs. Clericus non potest se submittere iurisdictioni iudicis laici, nec etiam iurisdictioni alterius prælati sine consensu proprij prælati.

Glo. tamen in c. j. in fi. de benef. frat. vult contrarium, per c. Apostolorum. & c. placuit. xxj. q. iij. vbi habetur, quòd nemo militans Christo debet se implicare secularibus negotijs, etc. Item ad idem argumẽtatur Io. Blan. vbi s̄. quia Clericus nó potest se submittere iurisdictioni iudicis laici, per c. si diligenti.

tium pro illo feudo, quod non poteſt præſtari p clericũ:putà, in armis. Et ita ſaluat gl. ibi, quæ ſaluatio non tenet: quia tunc videtur tacitè agi, vt ſeruiat per ſubſtitutum, ſicut quando conceditur vniuerſitati, vel fœminæ, provt dicit And. de Iſer. & in terminis Alex.in v.vol. conſil.x. in vlt. col.Bene faciunt quę habentur in l.quidam conſulebãt. ff. de re iud. cum concord. ibi traditis per Alex.

Quid, quando clericus inueſtitus vult acquirere eccleſiæ. Conceſſa ſi ſint feuda inhabilibus, videtur actum quòd ſeruiant per ſubſtitutum.

Sed pro complemento materiæ dico, quòd aut quærimus de clerico acquirente eccleſiæ,aut de volente acquirere ſibi ipſi. Primo caſu non videtur dubium,quin eccleſia poſsit tenere feudum,&quin clericus ſeu prælatus poſſit eccleſiæ ſuę acquirere,per text. in d. §. fin. de capi. Conra.& in c.cæterùm. de iud.& in c. verùm.de foro compet. Nec diſtinguo, quale ſeruitium debeatur:quia ex quo conceditur eccleſiæ,& ſic inhabili, videtur actum quòd ſeruiat per ſubſtitutum,vt dicam ĩ. Et intellige ſemper, quòd concedens ſciuerit & habuerit notam qualitatem perſonæ,quòd acquirebat eccleſiæ:provt de

seruo dixi s̃.in j.ampliatione.

Acquirere uolente clerico ipsi Ecclesiæ, cui acquirere potest, non autem obligare, Ecclesiæ liberum est aut acceptare, aut non.

Item intelligo, quantum ad acquirẽdum ecclesię: sed quantum ad eam obligandam, si fortè ecclesia nolit acceptare feudum cum illa qualitate, quia dicat esse nimis onerosum ecclesiæ, tũc est in electione sua, aut in totum acceptare, aut in totũ respuere, per ea quæ not.in c.grauis. de deposi. & in c.j. de solutio.

Monasterium quando possit de feudo inuestiri.

Item intelligo in ecclesia, quæ esset capax, secùs in Mendicãtibus, per Cle. exiui. de verbo. sig. Et idem si daretur ecclesiæ Cisterneñsium castrum vel villa in feudum, per c.recolentes.de statu mo.& ponit Io.Blan. in summa eo.tit. versic. item œconomus. & dicetur j̃. in ti.de succes.descen. Sed monasteria, quæ habent proprium in communi, etiam monialium, bene possunt habere, vt est tex.in d.c.j. §. verùm. de statu regu.lib.vj.& ibi Gemi.& ponit do.Car. in c.j.in fi. in tit.an remo.debe.test.

Quid iuris, quando clericus uult acquirere sibi?

Aut verò clericus vult sibi acquirere de suis bonis patrimonialibus: & tunc

aut est feudum tale, cuius clericus est capax, quia est francum, vel debetur pro eo seruitium pecuniarium, vel alijs casibus, quos ponam in d.tit.de succes. descend. & indistinctè potest. Nec obstat c. si diligenti. quia ista iurisdictio, cui se submittit, nō respicit personam, sed rem feudalem, vt declarant Innoc. & Doct.in d.c.cæterùm.de iud. & in c. verùm. de foro compet. ¶ Item non obstat, quòd non debet se intromittere clericus de secularib.negotijs: quod licet non debeat facere, non tamen per hoc contractus infirmatur, vt patet per text.in c.j.de cler.qui investi. fec. & ex his, quæ habentur in c. Odoardus. de solut.cum similibus.

Quid iuris, quando seruitium pro feudo est personale, uel præiudiciale ecclesiæ?

Aut verò seruitium personale debetur: & tunc aut conventum est, quòd ipsemet clericus prȩstet, nec posset prȩstare per alium: & contractus non tenebit, quia ista conditio tanquā imposibilis vitiat contractum, l. imposibilis. cū materia ff. de verbor.oblig. Si autem seruitiū sit tale, quod non est turpe clerico, tamen esset prȩiudicium Ecclesiȩ, cui fortasse seruire æquè bene non potest, vtputà si deberet aliquod honestū,

vel religiosum seruitium prꝑstare extra ecclesiam suam domino, tunc sine consensu superioris, qui dispensare potest super residentia, iuxta ea quæ habentur in c. lator. de cleri. non resi. non potest se ad tale seruitium obligare, vt cōcludit Io. An. in regula, in malis. de reg. iur. lib. vj. in Mercuri. vbi dicit, quòd si clericus promisit stare in certo loco vsque ad certum tempus, & superior eũ revocat, excusatur. Quod dictũ refert Alex. in primo vol. consi. cxxiiij. incipiente, Omissis superfluis. in ij. col. in fi. & Pan. in c. veniẽtes. de iureiur. vbi plenè de hoc. Facit etiã, quod in simili tradit Ias. post Odof. in l. j. in §. huius studij. ff. de iusti. & iure. Vnde si hoc seruitium prꝑstat, & Prælatus non contradicit, tenebit contractus feudi: si verò prꝑlatus cōtradicit, nec ille præstat seruitium, tunc potest sibi auferri feudum, per §. sed nec alia. in tit. quæ fu. prima causa benef. amit. Faciunt, quæ dixi in §. ij. suprà tit. j. in viij. limitatione primæ regulę, in versic. tertiò potest contingere. & prout etiam dixi s̄. in versic. proximè præcedenti.

Quid, quando non est conuentum, quòd seruitium personale præstetur, & non fuit persona nota.

Si verò non est cōventum expressè, quòd

quòd prętetur seruitium personaliter, & tunc aut concedens habebat notitiã personæ concedentis, & videtur dispẽsasse super seruitio, quod præstet per alium: ex quo scire debuit per se præstari non posse, vt dixi in præcedentibus. ¶ Aut verò non habebat notam personam illius, & tunc concessio nõ valet, per tex. cum glos. in d.c.j.§.fi. de capit. Conrad. Quẽ tex. ita ibi intelligit And. de Iser. & seqtur Aluar. & retuli in prȩcedentib. Reliqua circa hãc materiam dicentur infrà in materia successionis feud. in titul. de succes. descen.§. & in tit. ex quibus causis feudum amit.§.

Ampliatio V. quòd

Quicunq; inhabilis inuestiatur, si fuit nota persona.

Sextò amplia generaliter, vt ꝓcedat in alio quocunq; inhabili, dum modò concedens habeat notitiã illius inhabilitatis: aliàs nõ valeret, secundũ Andr. de Iser. in c. Imperialem.§. præterea ducatus. super versic. nec potest dominus feudi. ad fi. in tit. de prohib. feu. ali. per Fre. per l. fideicõmissa.§. si seruo. de leg. iij. & per tex. in c.j.§. personã. per quos fi. investi. & sequitur ibi Mart. Laud. in vlt. col. & Aluar. circa med. iiij. col. & do. Card. circa med. iij.

Concessio feudi facta Cisternensibus confirmatis per

Papam sine clausula, Non obstante, an ualeat?

Et per hoc potest solui quæstio, quã tangit Io. Blan. in summa huius tit. in vlt. col. versi. sed pone. vbi quærit, quid si Papa confirmat concessionem castri in feudum factam Cisternensibus, non tamen apponit clausulam, Non obstante, an videatur dispensasse & derogasse c. recolentes. de sta. mo? Quem tex. allegaui s. in præcedenti ampliatione, versic. item intellige. Et arguit prò & contrà: tamen istud dependet ex his, quæ habentur latè per Alex. post alios in d. l. quidam consulebant. de re iud. & latissimè per Feli. post alios in c. nonnulli. de rescript. vbi tractat de virtute illius clausulæ, Non obstante. nec prosequor, quia nihil in hoc est speciale in feudis.

Ampliatio VII. *quòd*

Pro alio quis inuestiri possit.

Septimò amplia, vt non solùm possit quis recipere pro se, sed etiam pro alio, per tex. in d. c. j. §. sed vtrũ. per quos fi. investi. quod intelligit ibi dom. Car. etiam in procuratore habente generale mandatum, per generalitatem illius textus. ¶ Sed istud potest intelligi vel de renouãda investitura, & tunc res est clara, per ea quę dixi s. in prox. §. certum

tum. verſ. ibi tamen duo caſus ponuntur. Intelligo tamen, dum modò non immutet naturam antiquam feudi: nã hoc non poteſt in præiudicium vaſalli ſine ſpeciali mandato, vt pulchrè concludit Paul. de Caſt. in conſil. clxij. incipiente, Circa id quod primò quęritur. in ij. col. per l. non abſtulit. C. de noua. & l. Stichum. §. fi. ff. illo eo. tit. & per ea quæ notat Bar. in l. fi. in princ. ff. quæ in frau. credi. Et ad hoc vide, quæ dixi s̃. tit. prox. §. ij. in viij. limitatione primæ regulæ. ¶ Poteſt etiam & ſecundò intelligi de noua inueſtitura: & circa hoc qualiter poſsit acquiri per alium, dicetur j̃. in tit. de acquiſitione feudi.

Præmiſsis ampliationibus regulæ, contra quàm in præcedentibus factum eſt, coniunctim eam DECLARAT *&* LIMITAT: *ſequitur ergo nunc Declaratio & Limitatio l. quæ dicit, quòd*

Hæretici, deportatus, & inhabiles ad acquirendũ, non poßint accipere feudum.

Hæc regula ita ampliata declaratur & limitatur primò, vt procedat, dum modò perſona ſit aliũde habilis, id eſt, capax ad acquirendum, licet fortè eſſet inhabilis ad feudum, ſecundum quod dixi s̃. ſecus autem, ſi eſſet in totum inhabilis, putà hęreticus, deportatus, ſpurius à patre naturali, & ſimiles perſonę

incapaces tali incapacitate, circa quam concedens non potest dispensare, vt latiùs per Io. Blan. in sum. huius tit. vers. & est verum, quòd prædicti.

Vasallus ecclesiæ, qui occidit dominum, redditur inhabilis ad omnia feuda.

Et vnus casus ponitur in materia feudali specialiter, scilicet si vasallus fuerit aliàs priuatus, propterea quòd dominum suum occiderit: quia tunc redditur etiam ad alia feuda inhabilis, & etiam successores sui vsq; ad quartum gradum, si sit feudum ecclesiæ, secundũ Io. Blan. vbi s. in fi. per text. in c. ad aures. & in capit. in aliquibus. de pœnis. ¶ Quid autem in vasallo laici, dicetur j. in tit. de amissione feudi.

Declaratio & Limitatio II. quòd Specialiter incapaci conceditur feudum, sed generaliter non.

Secundò declara & limita, quod dictum est de inhabili, vt admittatur: intellige, si sibi specialiter conceditur, sed in cõcessione generaliter facta pluribus personis, seu certo generi personarum intelligitur semper, si sint habiles: arg. l. munerum. §. sed & si lege. ff. de mun. & hon. & eorum, quæ traduntur in l. j. C. de sac. sanc. eccles. & in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. &

quæ dicentur j.in titulo de succesione feudi.

Quando concesio generalis fit ob publicam utilitatem, uenit inhabilis.

Hanc tamen limitationem intelligo, nisi talis concesio generalis fieret ex causa respiciente publicam vtilitatem: quia tunc contineret etiam inhabiles: verbi gratia, si fieret ꝓclama à parte regis, quòd qui primus talem ciuitatem obsessam per vim intrauerit, vel qui talem hostem ceperit, habeat tale castrum in feudum: certè etiamsi aliàs inhabilis ad feudum intrauerit ciuitatem, vel ceperit hostem, habebit feudum, per l. iij. §. vtrùm. ff. ad Sylla. Ita decîdit Guilhel. de Cu. in leg. si filius, ff. si certum pet. & sequuntur ibi Andr. de Iser. Bal. Salic. & Alex. Et prædictam limitationem ad d. §. sed si lege. sequuntur etiam Moder. in d. l. j. C. de sac. san. eccles. & Bart. in d. §. nunciatio. & ibi Alex. in viij. col. vbi etiam scripsi.

Incapacitas infeudationis quibus casibus utplurimum prouenire soleat.

Vltimò adverte, quia aliquando incapacitas provenit ratione dantis & accipientis, vt quando œconomus vult concedere cōsanguineo suo. Et de hac dictum est s. titul. proxi. §. ij. in ij. am-

pliatione primæ regulæ: aliquando ratione accipientis tantùm, vt in Mendicantibus, vel alijs, de quibus in prima limitatione. ¶ Aliquando ratione rei & personę, vt in rebus spiritualibus, quæ concederentur laico. Et de hac dicetur j. titul. proxi. Et similis distinctio fit per glo. & Doct. in l. multùm interest. ff. de verbor. obligat. cum concord. ibi traditis per Alex. & Moder.

Quæ

QVÆ RES IN FEVDVM DAri possunt, Rubrica.

Transit à superioribus ad sequentia, ostendens quid acturus sit, & quomodo: addita Regula affirmatiua, Quòd omnes res in feudum concedi possunt.

VISO De personis, quæ possunt dare & accipere feudum, cõsequens est vt videamus, quæ res in feudũ dari possunt: in quo eodem modo procedemus, quo processimus in præcedẽtibus duobus titulis, faciendo regulam affirmatiuam, Quòd omnes res in feudum dari possunt: quæ satis probatur in §. sed & res. à contrario sensu, in tit. per quos fiat investit.

Quibus ex causis res probibeatur dari in feudum.

Ex quatuor autẽ causis res prohibetur in feudũ concedi, quas singulas per singulos §§. prosequemur. ¶ Primò propter repugnantem naturam feudi, vt sunt res mobiles. ¶ Secundò propter naturam seu qualitatem rei, quæ nõ potest alienari in eũ, cui cõceditur. ¶ Tertiò propter defectum dominij & iuris ex parte concedentis, vt quia est res penitùs aliena. ¶ Quartò propter ius vtile, quod habet alius in re, quæ conceditur: quod est incõpassibi-

le cum iure, quod cōcedens vult transferre in accipientem: vt est, quando alius illam rem tenet in feudum, seu in ea habet vtile dominium.

I.

Causa I. ob quam res in feudum dari non potest, uidelicet ut feudum non consistat in rebus, quæ eius naturæ repugnant. Res mobilis non conceditur in feudum, sed si tamē conceditur in feudum, non est propriè feudum, sed contractus innominatus.

Primò ergo non consistit feudum in rebus, quæ repugnant à diffinitione & natura feudi: nam in diffinitione feudi ponitur, quòd est concesſio rei immobilis, in §.fi.in tit.qui.cau.feu.amit. Et ideo si res mobilis concedatur iure feudi, non erit propriè feudum, sed contractus innominatus: quia est contra substantialia feudi, vt dicit Bal.in l.j.in ij. col.C.de fruc.& lit.exp.lib.ix. Et retuli s. in tit. de diffi. & cogni. feu.§.j.versic.post hęc in diffinitione. & versi.seq.

Verbi Immobilis, declaratio & ampliatio.

Tex.autem in §.fi. in tit. de feud.cogni. declarat & ampliat illud verbum, Immobilis. dicens, ita formaliter sciendum est, ita quòd feudum, siue beneficium non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in his quæ inter immobilia computantur, veluti cùm de Ca-

mera, seu caneua, feudum datur, posse consistere.

Subinfert nunc duas regulas ex præmissis, quibus postea subijcit declarationes, ampliationes, limitationes & exemplificationes.

Et ex præmissis circa istum §. sunt faciendæ duæ regulæ: Vna affirmatiua, quòd in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut quæ tunc immobilia cōputantur, feudum consistere potest. ¶ Secunda est negatiua, quòd in rebus merè mobilibus, quæ non cadunt sub aliquā de tribus speciebus prædictis, non potest consistere feudum.

Regula I. quarū rerum declarationem requirat. Res soli quæ intelligantur.

Circa primam regulam sunt solùm declarādæ illæ tres species superiùs nominatæ: & primò dum dicit de rebus soli, intelligitur, id est, terræ: & sic de rebus immobilibus, per l. solum. ff. de rei vend. secundū Aluar. in d. c. j. §. sciendum. de feud. cog. circa princ.

Dubium unum ad præmissa, an

Pisces, qui sunt in lacu, uel stagno, inter immobilia computentur.

Sed de quibusdam dubitari potest, an sint res mobiles, aut immobiles, vtputà de piscibus, qui sunt in lacu, stagno, vel piscina. Hanc quæstionem mouet Bertran. Capr. in d. §. sciendum. cir-

ca med.& refert varias opiniones:nam qui distinguunt, an pisces sint in piscina, & cēsentur res mobilis,arg.l.limes. §.j.ff. de act. empt.Si autem sunt in stagno, censentur res immobilis, secundum Odof.arg.l. longè.ff. de diuer. & tempo.pręscript.Alij indubitatè tenēt, quòd sint res mobilis, per §.item feras. Instit.de re.diui.Ipse verò post Ia.Albi. distinguit,an pisces ponantur in piscina,vel stagno causa custodię,& censentur res mobilis: aut verò ponuntur, vt ibi fructificent, tunc reputantur res immobilis,quia censentur esse pars feudi, sicut fructus pendentes, arg.l.Quintus Mutius. ff. de reg. iuris. ¶ Ego dico, quòd sine dubio pisces sunt semper res mobiles,vbicūq; sint, vt probatur optimè in l.iij. §. Nerua filius. ff. de acquir. possess. ¶ Sed an computentur inter immobilia? Et certum est, quòd si cōcedantur cum fundo,iudicatur de illis, sicut de alijs mobilibus solo cohærentibus: de quibus ĩ.vers.si concedatur flumen,vel lacus.quæ censentur immobilia,& probatur in c.j.in tit.quæ sunt rega. ¶ Si verò sine fundo? Et tunc si cōceduntur certi pisces,putà qui sunt nūc in lacu vel piscina, indubitanter censentur res merè mobilis, d. l. iij. §.Nerua

ua filius.& §.item feras.Insti.de rer. diui.cum similibus. ¶ Aut verò conceditur ius piscãdi. Et tunc distinguitur, an ad certum tempus, & erit res mobilis: aut in perpetuum,& tunc censebitur res immobilis,provt ĩ.dicitur de annuo reditu: & sicut dicitur de lapidicina vel de sylua cædua,arg. l.divortio.§. si fundum.& §.seq.ff.sol.matri. cum cõcord.Et ista quęstio caderet meliùs sub iij.specie, de qua ĩ. versic. secundò ergo videndum est.quia text.dicit in sæpè allegato §. sciendum.de feud. cog. quòd feudum consistit in rebus solo cohærentibus,in quibus rebus possent illa verba verificari.

Exemplificatio I. an
Fructus pendentes, qui pars feudi censentur,reputentur inter immobilia.

Et quidem primo loco glos. ibi exẽplificat de fructibus pendentibus, qui pars feudi censentur,l.fructus pendentes.ff.de rei vend.Illam glos.sequuntur ibi Bertran.Capri.Mart.Laud. Alua. & do.Card.omnes in j.col.&transeunt etiam alij. Ponunt etiam Iac. Ardiz. & Io. Blan. in summa huius tit. versic. & non solùm. ¶ Sed licet istud sit verũ in se,non puto esse bonum exemplum: quia licet tales fructus censeantur esse

pars feudi, quo ad hoc, vt concesso fun do quocunque titulo veniant tales fructus, d. l. fructus pendentes. tamen isti fructus de per se non possunt concedi, sed veniunt accessoriè ad rem immobilem, cui cohærent: & sic cadebant sub prima specie rerum immobilium, vt dicam statim in iij. exemplo: licet Mart. Laud. in d. §. sciendum. circa princ. videatur velle cõtrarium, notans ex glo. quòd fructus pendentes percipiẽdi ex tali fundo possunt dari in feudum. Et idem simpliciter ibi dicit do. Card. post princ. licet do. Mart. non alleget: tamẽ est falsum, nisi daretur ad longum tempus, quia tunc censentur inter immobilia, vt probat text. in Cle. j. in fi. de reb. eccl. non ali. & ibi glo. fi. & dicetur ĩ. circa tertiam declarationem verborũ primæ huius regulæ.

Exemplificatio II. an Seruus asscriptitius adnumeretur immobilibus?

Vnde secundo loco exemplificantur illa verba in seruo glebæ asscripto, per l. litibus. C. de agri. & censi. lib. xj. & l. longè. ff. de diuer. & tempo. præscrip. cum similibus. Istud exemplum posuit Io. Blanc. in sum. huius tit. vers. & non solùm. Bertran. Capri. in d. §. sciẽdum. circa prin. & ibi Mart. Laud. & do. Car.

in

in j.col. ¶ Sed istud exemplum laborat eodem morbo, quo præcedens.

Exemplificatio III. an

Res mobiles, quæ cum immobilibus cōceduntur in feudum, immobilibus similes iudicentur.

Imo tertio loco datur exemplum in rebus mobilib. quę sunt intra res immobiles, arg. l. j. §. istud. & §. seq. & §. si fundus. ff. de vi & vi ar. & l. si qn̄. C. de bo. vac. lib. x. Istud exemplum ponunt Ia. Ardiz. & Io. Blan. in Sum. in loco præallegato, & Bertrā. Capri. vbi s̄. Et ex hoc inferunt Mart. Laud. Alua. & do. Card. in d. §. sciendum. in fi. quòd licet mobilia de per se non posśint concedi in feudum, tamen cum immobilibus sic. Et est de mente Bal. ibi, quem referūt, qui quærit, An si cū fundo sint data animalia facto feudo, si naturalia sint mortua, debeatur æstimatio? Et determinat, quòd sic, vt dicam ī. in tit. quemadmod. feud. ad domin. revert. & dicam ī. in iiij. limitatione ij. regulæ. ¶ Sed istud exemplū minùs valet, quàm præcedens: quia ista iura loquuntur de rebus omnino separatis à fundo, quæ nullo modo cēsentur res immobiles, licet aliquo casu petantur eadem actione, qua petuntur res immobiles, in qua erant, vt patebit ex iuribus statim allegā

dis. Et tex. in d. §. sciendum. loquitur de rebus solo cohærentibus. Militant etiã aliæ reprehensiones, quas s̃. proximè feci ad duo exempla superiùs posita.

Exemplificatio IIII.

Quid iuris sit in rebus mobilibus, quæ sunt affixæ prædio, uel urbano, uel rustico inseparabiliter, remissiuè.

Vnde quarto loco exemplificantur dicta verba in rebus mobilibus, quæ sunt affixæ prædio rustico, vel vrbano, inseparabiliter. De quibus in l. Iulianus. §. fin. cum iiij. ll. sequent. ff. de act. emp. Hoc exemplum ponunt Bertran. Capri. Mar. Laud. Aluar. & do. Card. in d. §. sciendum. in j. col. in tit. de feu. cognit. ¶ Sed istud exemplum patitur secundam morsuram, quam patiuntur duo prima: quia ista cadũt sub vna specie, cùm veniãt cũ re immobili, cui cohærent concessa, vt dicetur ĩ. in tit. quæ veniant accessoriè ad rem feudalem.

Exemplificatio V.

Quid statuendum sit in superficie, seu ædificio cohærente solo.

Vnde quinto loco ponitur exemplũ in superficie, seu ędificio cohærente solo. Istud exemplum ponunt Iac. Ardiz. & Io. Blan. in sum. in loco pręallegato, & Bal. post Din. in d. §. sciẽdũ. in princ. & ibidem Bertran, Capri, & Aluar. per

l. j.

l.j.§.j.ff. de vi & vi ar. & l.j.ff. de superfic. & §. cùm in suo solo. Instit. de rer. diuis. ¶ Et istud est bonum exemplũ, quia certum est, quòd talis superficies de per se, id est, sine solo, potest cõcedi in feudum, vt patet ex his, quæ tradunt Bal. Aluar. Mart. Laud. & do. Card. in §. si vasallus. in tit. hîc fini. lex. vbi expresse dicunt, quòd solum potest concedi vno iure, & superficies alio: ita tamen, quòd apud dominum soli remaneat directum dominium: & ad eum, cui conceditur superficies, transeat vtile. Et ita dicit expresse Bart. in l.j.§.j.ff. de superfici. & dicetur j. in tit. quali. feu. ad do. reverta.

Intellectus uerborum, Quæ res inter immobilia computentur.

Tertiò est videndum, qualiter intelligi debeant illa verba, Quæ inter immobilia computantur. Et tex. in d. §. sciendum. de feu. cogni. ponit exemplum in feudo cameræ & caneuæ: quæ feuda qualia sint, dictum est s. in tit. de distinc. feud. §.

Exemplificatio de Panibus Ciuilibus, an computentur inter immobilia. Item quid sint Panes Ciuiles.

Item ponit gl. ibi exemplum in panibus Ciuilibus, & sequuntur ibi communiter Doct. Idem etiam ponunt Iac. Ar-

diz. & Io.Blan.in ſum. huius tit.verſ.item inter immobilia. Et qui ſunt illi panes Ciuiles, traditur in l.fi. §. præterea. C. de iur. do. Allegat etiã And. de Iſer. tex.in l.j.§. fi.C. de peti.bo.ſublat. lib. x. Et dicit Alua.circa med.j.col.in d.§. ſciendum. quòd ſunt quidam annui reditus, qui ſoluuntur de publico, vt de aliqua gabella, vel regali dignitate, de quibus in tit. quæ ſint Rega.vel de priuato patrimonio alicuius, vt ſenſit text. cum gl.in l. iubemus nulli. C.de ſac.ſanc.eccleſ.in verſic. annonas Ciuiles. & ibi videndum remittit.

In annuo reditu an & quando conſiſtere poſsit feudũ.

Sed non inſiſtendo in expoſitione huius verbi, dicunt Doct. quòd in quocunq; reditu annuo perpetuò debendo, ſeu ad tempus indeterminatum, poteſt conſiſtere feudum, ſicut conſiſtit in feudo cameræ, caneuæ, vel ſoldatę, & ſimilibus. Ita in primis dicit Odof. in ſumma huius tit.allegãs d. l.fi.in §.præterea.C. de iure do. & l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. & in authen.de nõ alie.& permu.§.ij. & §.nos igitur. & d. l.iubemus nulli. in princ. Idem etiã voluit Iac.Ardiz. in ſum. huius tit.in princ.ij. col. in §. & non ſolũ. & ibidem Io. Blanc. & And. de Iſer.in d.§.

d.§.ſciendum.de feu. cogn. circa med. & Mar. Laud. poſt princ.ij.col. & Bal. etiam circa princ. & Aluar. poſt princ. iij.colum.& do.Card.circa med.j.& in princ. ij. col. & Bal. in prælud. in xvij. col.verſi.ſed hic quæro.& ibi do.Card. in fi.vj.col.& eſt bonus tex. in c. j.circa fi.in tit.quid iuris ſit, ſi vaſ.poſt ali.feu. recuper. Allegant præfati Doct. multa iura:nam Bal.allegat c.querelam.de e-lect.& c.j.in tit.quæ ſint Rega.dum loquitur de pedagijs, guidagijs & ſimilibus. Item Spec. in tit. de cauſa poſſeſs. & proprie. §. quia verò. verſic. quid de colligentibus. & not. per Din.& alios, in l.ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de publ.& allegat optimè text.in Cle. exi ui de paradyſo.§.cumq; annui reditus. de verbor.ſigni.do.Card.allegat etiam text.in c.j.& ibi do.Card. de re. eccleſ. non ali.& Bal.in l.j.C.de ſuffra. & in c. j.in tit.de pace te.& Ang.cõſi.ccxxviij. incipiente,Anaſtaſius.

Annuus reditus merè perſonalis non computatur inter immobilia,& ipſe infeudatur.

Bal.tamen in d.§.ſciendũ.circa med. intelligit hoc procedere, quando annuus reditus deberetur ſuper aliqua re immobili: & ſic continet debitum reale, vel mixtum: ſecùs, ſi eſt debitum merè

personale:quia tunc non censetur inter immobilia, nec aliquod interdictum possessorium competit pro tali reditu, vt not. in d. c. querelam. de elect. per Cy.& alios,in leg. si certis annis. C. de pact.& per Bar. & alios in l. sciendum. in princ.ff.qui satisd.cogan.

Annuus reditus,qui percipitur ex pecunia ad mensam posita,potest infeudari.

Sed do.Card.vbi s.dicit,quòd etiam si non debeatur super aliqua re immobili,dum tamen sit perpetuũ,seu ad tẽpus indeterminatum, tunc poterit in eo consistere feudum, sicut dicetur statim j.in nominibus debitorũ. Et istud puto verius, per id quod volunt Bal. And.de Iser.Aluar.Mar.Lau.do. Card. & communiter Doct. in c. j. §. illud. in tit. de prohib. feu. ali. per Fred.vbi reprobant gl. ibi,quæ vult,quòd ille,cui datum est feudum de camera,vel canaua,aut aliud simile annuum, possit cogere dominum,vt sibi assignet aliquas possessiones,ex quibus talem reditum percipiat: dicentes, quòd imo ad hoc non tenetur, nisi in concessione feudi, quod constituebatur ex reditu qui perciperetur super certis rebus immobilibus, id dictum fuerit. Et ita procedat illa glos. per text.in l.si quis argen-

tum

tum. §. j. C. de donat. quem pro sua opinione allegat. Et ita etiam tenet do. Card. in d. Cle. exiui de paradyso. in §. cumq; annui reditus. Et patebit ex his, quæ dicentur in sequenti quæstione. Idem etiam vult And. de Iser. in c. j. in princ. in ij. col. in tit. si de feu. vas. ab ali. fue. inter. vbi concludit, quòd si aliquis posuit pecuniam ad lucrum & perdam in manu mercatoris, vel ad mensam, seu bancum, vt ex illa pecunia percipiatur emolumentum annuum, illud emolumentum potest in feudum concedi, quia illa pecunia, quę facit capitale, est loco directi dominij.

Actiones & nomina debitorum an computentur inter immobilia?

Quærit ergo glos. in d. §. sciendum. de feud. cogni. quid de nominibus debitorum seu actionibus, an computentur inter immobilia? Et nihil dicidit, nec arguit prò, nec contrá. And. autem de Iser. arguit, quòd sint inter immobilia, per glos. in l. monetium. ff. de verb. sig. Sed alia glo. distinguit secundum eum, an debeatur aliquid immobile, & censetur illud nomen inter immobilia: an aliquid mobile, & censetur mobile. Ita vult glo. in §. vult enim lex. in authen. de non alien. Bal. autem circa-

mutuaui,& tibi dedi prædicta in feudū percipienda per x.annos, quolibet anno vnum,certè non erit feudum. Allegat ea, quæ not. in tit. quis dic. Dux, Mar. Co.c.j.circa fi.vbi loquitur de feudo soldatę,de quo dictum est in tit. de distinc. feu.§. & sequitur Mart. Laud. in d.§.sciendum.in ij.col.& Alua. circa princ.iij.& do. Card. circa princ. ij. per ea,quæ proximè dicta sunt in quæstione de annuo reditu.Et ita est tenēdum.
¶ Sed cōtra hoc opinatur Mart.Laud. & do.Card.vbi s̄. nam natura feudi est, quòd directum dominium remaneat penes dominum, vt dictum est s̄.in tit. de diffi.& cogni.feu.§.j.vers.subsequenter in diffinitione.& vers.seq.per tex.in §.fi.in ti.qui.cau.feu.amit.Sed in istis actionib.personalibus non est directum dominium, nec vtile, l. fi. C. quorū bo. & not. in l. si certis annis. C. de pact.
¶ Solue secūdū eos,Directa actio,quæ competit isti concedenti, est loco directi dominij:& vtilis,quæ competit vasallo,est loco vtilis dominij, arg. eorū, quæ habentur in l.j.C. de act. & obl. Et faciunt,quæ no.Io.An.post.Inno. & alios in c.querelam. de elec. & do. Ant.in c.cùm olim.de censi.&in c.pervenit.in gl.meliùs dixisset.ad fi.eo.tit.Et dicunt

ipsi & subijciunt, quòd hoc fuit de mente Bal. in prooem. feudo. & reverà ibi hoc expressè dicit in vij. col. vers. sed hîc quęro. & allegat not. in d. §. sciendum. & in cap. j. de contro. inter vasal. & Episcop. Et sequitur do. Card. in dictis prælud. in fi. vj. col. Et est etiam de mente Alb. in rubri. C. de hære. vel ac. ven. circa med. vbi quærit, an si sit nomen debitoris concessum in feudum, transeat in vasallũ vtilis actio sine cessione? de qua dicam j. in tit. quale ius acquiratur vasallo per investituram.

Conclusio ex præmissis illata, quòd Feudum possit cõsistere in annuo reditu, uel in actione quæ competit ad illum annuum reditum.

Ex præmissis ergo facio conclusionẽ, quòd feudum potest cõstitui in annuo reditu, vel in actione quæ cõpetit ad annuum reditum, per d. §. sciẽdum. & per c. j. de feu. guar. cum ibi notat. & per c. j. in fi. quis dic. Dux. Mar. Co. & per d. c. j. de contro. inter vas. & Episcopum.

Ampliatio I. præcedentis conclusionis, quòd Hoc etiam in feudo temporali locum habeat.

Hæc ergo ampliatur, vt procedat etiam in feudo mẽstruo, vel semestri feudo, quod debetur ad quodcunq; tẽpus, siue singulis diebus, siue singulis mensibus, vel singulis annis, aut singulis qnq; annis,

annis, vt not. in dictis iuribus, maximè in d.c.j. quis dic. Dux, Mar. Et probatur in l. divortio. §. quod in anno. ff. sol. matri. iunctis his, quæ statim subijciam.

Ampliatio II. quòd

Etiam in quacunq; re, ex qua fructus annuatim, uel aliquo certo tempore percipiuntur.

Secundò amplia, vt procedat in quacunque re, ex qua fructus percipitur annuatim, vel aliquo certo tempore, vt proximè dixi. Ita eleganter determinat Bal. in prælud. feud. in vij. col. vers. sed hîc quæro. & allegat not. in d. l. divortio. §. si vir. in glo. quæ incipit, Distinguitur, aut renascitur. Et sequitur ibidē do. Card. in prin. vij. col. Facit l. Gaicis. ff. de leg. ij. quam allegat And. de Iser. in d. §. sciendum.

Iurisdictio, uel aliud ius incorporale concedi potest in feudum, & fit traditio per patientiam.

Et ex hoc infertur, quòd iurisdictio, vel aliud ius incorporale cōcedi potest in feudum, & fit traditio per patientiā, l. iiij. §. dare. ff. de vsufruc. Et ita concludit Io. Blanc. in sum. huius tit. in ver. itē quæritur, quid in iurisdictione. & fuit dictum s̄. in tit. qui feu. dar. pos. §. j. vers. secundò amplia, quòd nō solùm castra. quę tamen intellige, provt dicetur ī. ti. j. §. ij. vers. & ex hoc infertur.

oper.no.nunc. cum concord. ibi signatis per Mod.

Limitatio II. quòd
Quando annuus reditus debetur à tertio, etiā procedat.

Secundò limita hoc procedere, quādo ille annuus reditus deberetur à tertio, ita quòd cōcedenti cōpeteret actio directa & vasallo vtilis : vt est de mente Doct. quos allegaui s̃. in vers. sed contra hoc opponitur. innuentes secus esse, si talis reditus constitueretur in feudum ab eodem, qui vult esse directus dominus feudi: quia tunc nō esset, in quo requiesceret ipsum directū dominiū, qđ debet esse apud concedentē, per id qđ dicam j. in ratione sequentis regulæ.

Regula II. quòd
Res merè mobilis non possit in feudum dari.

Secunda ergo regula est, quòd in rebus, quæ sunt merè mobiles, nec cadūt sub aliquam speciem ex tribus prædictis, non potest constitui feudum, per tex. in d. §. sciendum. in tit. de feu. cogni. & est glo. in c. j. in princ. in tit. si vas. de feu. fue. interpel. & sequuntur ibi cōmuniter Doct. ¶ Et potest assignari ratio secundum Odof. in sum. huius tit. quia concedens, seu dn̄s, debet retinere directum dominium, quod nō potest cadere in istis mobilibus, ex quo vsu consu-

muntur. Et istam rationem ita simpliciter sequitur And. de Iser. in d. §. sciendũ. ad fi. princ. & ibidem Mart. Laud. in ij. col. & do. Card. quos retuli s̃. in præcedenti regula, versic. sed contra hoc opponitur. & clariùs Aluar. ibi circa prin. ij. col. Nam dicit ipse, quòd si illa res mobilis consumeretur vsu, deficeret directum dominium: si verò vasallus nõ veretur, tunc feudum nullam afferret vtilitatem vasallo: quorum vtrunq; est cõtra naturã feudi, per §. fi. in tit. in quib. cau. feud. amit. Et sequitur simpliciter do. Car. ibidem circa princ. Eandem etiam rationem ponit And. de Iser. in c. j. in princ. in ij. col. in tit. si vas. de feu. ab ali. fue. interpel. Et sequũtur ibi Aluar. in iij. col. & do. Card. in ij. Sed ista ratio non videtur generalis: nam sunt quędã mobilia, quæ vsu non consumuntur, vt probatur in l. lex, quę tutores. C. de admi. tutor. & not. per gl. & Doct. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & tamen possunt esse ad aliquem vsum, vt gemmæ, vt probatur in l. in rebus. §. j. ff. cõmo. Vnde meliùs dici potest, quòd in istis rebus mobilibus non consistit ciuilis possessio, quæ possit separari à naturali, vt probatur in l. iij. §. Nerua filius. & in l. si rem mobilem. ff. de acqui. pos.

Et notant Doct. maximè Alex. in l. j. §. per seruum, qui in fuga. ff. illo eo. tit. Et ideo nec dominium vtile separabile est à directo.

Dominium directum quando cadat in rem mobilem.

Hinc est, quòd licet per præscriptionem quęratur tantùm vtile dominium in rebus immobilibus, secundum gl. quæ communiter approbatur in l. traditionibus. in vers. vsucapionibus. C. de pact. cum concord. tamen per vsucapionem semper quæritur directum, quia cadit in rebus mobilibus, vt ibidem est casus: vnde cùm de natura feudi sit, vt apud dominum remaneat directum dominium & ciuilis possessio, vt dicetur j. in tit. quale ius quæratur vasallo per inuestituram. nimirum si non cadit feudum in istis mobilibus. Et istud, quod dico de vtili dominio, quòd non cadit in re mobili, est verum ex contractu, quia hoc non reperitur. Ex legis autem dispositione posset esse dubium, per ea quæ tradit Alex. in l. j. §. j. ff. ad Trebel. & in l. j. C. vnde legit. qui reprehẽdit Pau. de Cast. dum vult, quòd in fideicõmissis transit directum dominium: tamen quicquid sit de dominio, militat quod dixi de possessione, & in terminis, in quibus loquitur

Alex. reprehendens Paul. de Cast. dominium directum est inefficax: sed de dominio directo efficaci non reperio, quòd cadat in re mobili.

Ampliatio I. præcedentis conclusionis, inquirens an Iuramentum fidelitatis præstitum inuestitura facta de re mobili, obliget iurantem.

Hanc conclusionem amplia primò, vt procedat adeo, quòd si iuramentum fidelitatis super tali feudo sit præstitũ, non obligat, ex quo est cõtra naturam contractus, & continet causam impossibilem de iure, & super cõtractu à iure reprobato, per l. nõ dubium. C. de legi. Ita concludit And. de Iser. in d. c. j. in prin. si vas. de feu. ab ali. sue. interp. in ij. col. vbi glo. tangit, sed nihil decîdit, & sequuntur ibi Aluar. circa med. iij. col. & do. Card. Alex. circa med. ij. col.

Concessio de re mobili in feudum, quæ non valet, valet ut contractus innominatus.

Tamen advertendum est, quia isti patres parum correctè loquuti sunt: præsupponunt enim, quòd ille, qui præstitit iuramentum fidelitatis pro re mobili, non obligetur ad talem fidelitatẽ: quod videtur falsum: nam licet actus iste non valeat vt feudum, valet tamẽ vt cõtractus innominatus, vt vult Bal. not. in l. j. in ij. col. C. de fruct. & lit. exp.

& dixi s. in tit. de diffi. & cogni. feu. §. j. versi. vnum tamen non omitto. Retuli etiam s. circa princ. huius §. & patet ex doctrina Bar. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. in illo brocardo, an si non valet, quod ago vt ago, valeat vt valere potest? nam dicit, quòd si est defectus in materia, semper valet vt valere potest. Et in hoc cum Bart. transeunt communiter Doct. Et iste est casus noster.

Iuramentum ualidat actum eo modo, quo potest. Iuramentum præstitum super eo, quod est contra naturam actus, ligat iurantem.

Et ideo non est dubium, quin iuramentum, quod facit etiam valere actũ vt valere potest, l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. ij. & Bart. in l. si quis pro eo. in princ. in pen. col. ff. de fideiuss. cũ concord. obliget iurantem ad obseruationem promissi: quia illud, quod promittitur, potest seruari sine interitu salutis ęternę, nec in se cõtinet aliquid, quod sit contra substantiam & naturã eius, quod iuratur: licet habita ratione ad rem, cuius respectu præstatur iuramentum, & ad contractum, quem partes prima facie videntur facere, sit contra naturam ipsius contractus, imo contra substantiam: quinimo etiam si illud, super quo iuratur, immediatè sit

contra naturam actus, adhuc ligat iuramentum, & obligat ad periurium, licet actus, qui fit contra iuramētum, teneat, vt est gloss. not. in c. j. de procur. lib. vj. in verbo, revocatis. ad quam plures cōcord. tradit Feli. in c. cùm accessissent. in v. col. versic. & adverte. de constit. & in c. ex parte Decani. in fi. v. col. vers. amplia quintò. de rescript. & in c. si diligenti. in ij. col. de præscript. ¶ Dictum ergo Doct. prædictorum debet intelligi, quòd non valeat iuramētum, quantum ad hoc, vt censeatur cōtractus feudi: & istud patebit etiam ex his, quæ dicentur j. circa fi. versic. sed vnum subdit And. de Iser. & vers. seq.

Ampliatio I I. an

Etiam si præstaretur cautio, tamen feudum in re mobili constitui poßit, uel non.

Secundò amplia, quòd in tali re mobili non potest feudum constitui, etiāsi cautio præstetur eo modo, quo præstatur in vsufructu rerum mobiliū, quæ vsu consumuntur, iuxta l. hoc senatus. §. j. ff. de vsufruct. ea. rer. quæ vsu consu. & §. cōstituitur. Instit. de vsufruc. Nam ex quo feudum debet esse perpetuum, ista cautio in infinitum extenderetur: quod nō est, quādo præstatur pro vsufructu, qui finitur morte, & alijs modis,

de

de quibus in §. fruitur. Instit. de vsufru. Ita dicit And. de Iser. in d.c. j. si de feu. vas. ab ali. fuerit interpel. Facit l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infect. & l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. iij. cum concord. ibi signatis in glos. ¶ Sed in hoc contrarium tenent Iaco. Ardiz. in summa huius tit. §. & non solùm. versi. & dicat. Et idem etiam per eadem verba sequitur Io. Blan. in eo. tit. & eo. versic. ¶ Et pro ista parte facit, quia si in pecunia, quæ recipit functionem in genere suo, quando ex illa potest aliquis reditus percipi, consistere potest feudum, & consistit directum dominiũ in obligatione personali, & actione directa, quam retinet constituens, vt cõclusi s. in præcedenti regula, maximè in versi. Bal. tamen. cum versiculis sequentibus. Ergo eadem ratione idem est in quacunq; re mobili, quia etiam quo ad vsumfructum, ista parificãtur, vt in tit. de vsufru. ea. rer. quæ vsu consu. ¶ Nec obstat argumentum de infinitate, ex quo verba & mens contrahẽtium sunt apta ad hoc: vt volunt Bart. & Doct. in d.l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infect. Et quia etiã multis modis fieri potest feudum, vt toto tit. j. ex qui. cau. feu. amit. ¶ Pro concordia tamen potest dici,

quòd aut istæ res mobiles, in quibus constituitur feudum, sunt apud tertiũ, qui pro illis præstat aliquem reditum: & tunc potest ille reditus in feudũ constitui, vt conclusi s̃. in ij. limitatione pręcedentis regulę: quia est ibi invenire directum & vtile dominium, vel aliquid quod loco eius habeatur. ¶ Aut verò talis res mobilis conceditur alicui in feudum, ita quòd ille, qui accipit, præstet cautionem de illa restituenda omni casu, quo feudum finitur: & tunc non possit dici feudũ, quia non est hîc aliquid loco directi dominij & vtilis. ¶ Nec obstat d. §. constituitur isti. de vsufruc. quia ibi lex dispensat super illo quasi vsufructu: quod non reperitur in casu nostro. Et cùm sit ius speciale, non est trahendum in consequentiã l. quod verò contra. & l. ius singulare. ff. de legib. ¶ Nisi dicas, quòd idem sit in feudo propter convenientiam, quã habet cum vsufructu: vt dixi suprà in tit. de diffi. feud. §. j. versic. deinde subiungitur. Et illa obligatio fideiussoria erit loco directi dominij, & tunc cùm non sit propriè vsusfructus in talibus rebus, non erit etiam propriè feudum, sed contractus innominatus, vt dicam ĩ. circa fi. huius §.

Limi-

Limitatio I. prædictæ conclusionis, excutiens an Si feudum euincitur, uasallo poßit eius loco tanta pecunia dari, uel aliud simile feudum.

Prædictam tamen conclusionem limitant Odof. in sum. huius tit. in fi.& Iac.Ardiz. & Io. Blan. in ij.col.in loco præallegato,vt procedat,nisi in casu d. c.j. in tit.si vas.de feu.ab ali.fue.interp. scilicet quando feudum fuit euictum: quia tunc dominus tenetur dare vasallo simile feudum,vel etiam tantam pecuniam,quæ erit loco feudi. ¶ Tamē glo. & omnes Doct. ibi cōmuniter intelligunt, quòd pecunia non erit loco feudi, sed ex ea debebit emi aliqua res immobilis, q̄ recognoscetur in feudū.

Pecunia data pro feudo quando repetatur.

Et quærit ibidem glo.quid si pro pecunia sit pręstita fidelitas,an poterit cō dici obligatio,& etiam pecunia repeti, ex quo in illa non potest constitui feudum? Tamen glos.illa non decîdit, sed Doct. ibi communiter, maximè Andr. de Iser. Alua. Mart. Laud. & do. Card. distinguunt: ¶ Quòd aut ista pecunia fuit data scienter, & tunc nō potest repeti, l. j. ff. de condic. inde.& l.cuius per errorē.ff.de reg.iur. Aut verò ignoranter, & tunc repetitur cōdictione sine causa, per l. sed & si me putem.ff.de

condict.inde.& l.j.ff.de cond. sine causa. Si autem vterque sciuit, tunc adhuc dicunt potiorem esse cōditionem possidentis, per l.iij. ff. de condic. ob turp. causam. Ista non prosequor, quia depē dent à materia l.j.ff. de condic. inde.& l.cùm quis.C.de iur.& fact.ignor.

Pecunia non repetitur, quando recipiens iurauit & offert præstare fidelitatem.

Sed vnum subdit And. de Iser. & sequuntur Aluar.& do.Cardin.quòd si ille, qui accepit pecuniam,& iurauit fidelitatem, vellet illam præstare, non potest ille, qui dedit pecuniam, repetere: quia quòd talis cōtractus sit nullus, est inductum fauore ipsius iurantis fidelitatem, arg. legis,& eleganter. in princ. ff.de dolo.

Præstans fidelitatē pro pecunia in feudo recepta, quādo & quō condicat eius obligationem, ut liberetur.

Et dicunt etiā præfati Doct. quòd ille, qui præstitit fidelitatē, potest indubitatè cōdicere suam obligationē,& facere se liberari, tanquā præstiterit eam ex causa invalida, arg. l. si quis accepto.ff. de condi.ob causam.Vel si ab eo exigat dn̄s, vt seruet & adimpleat qđ ꝓmisit, potest opponere exceptionem doli, ex quo iuramētū fuit interpositū sine causa.Et in isto casu nō distinguitur, an dn̄s cui

cui præstitũ est iuramentũ, velit seruare, vel non: quasi velint, quòd principaliter ista nullitas respicit fauorem prestantis iuramentum. ¶ Sed istud eorum dictum nullo modo puto verum, quia ista nullitas nõ est inducta fauore vnius, vel odio alterius, sed ex defectu contingente in materia. Cùm ergo iste contractus fiat gratia vtriusque, vt patet ex his quę dicentur j. in tit. ad quid tene. vasal. domino? non video, quare vnus magis possit illum infringere alio repugnante, quàm econtrá. Item & cùm valeat saltem in vim contractus innominati, & iuramẽtum obliget ad obseruantiam, vt conclusi s̃. in ij. ampliatione huius regulæ, non video, quo modo ille, qui iurauit, possit se tueri ope exceptionis.

Pecunia infeudatur, & iuramentum fidelitatis ualet, non ut in feudo, sed ut in contractu innominato.

Vnde cõclusiuè dico, quòd talis contractus tenebit, vt contractus innominatus, & neutra partium poterit ab illo recedere, nisi tanquam à contractu innominato, vt dixi s̃. in vers. tamẽ advertendum. allegando Bald. in l. j. C. de fruct. & lit. expens. ¶ Nisi expressè actum esset, quòd talis contractus non valeret, nisi iure feudi, secũdum distin-

ctionē, quam feci s̃. in tit. de diffi. & cogni. feu. §. j. versic. vnde postremò. cum versic. sequentibus, vsq; ad versi. subsequenter in diffinitione, etc.

Limitatio II. quòd
Res mobilis cohærens immobili infeudetur.

Secundò limita dictam conclusionem, nisi tales res mobiles sint cohærētes rebus immobilibus, vt dixi s̃. in ij. & iiij. exemplis præcedentis regulæ.

Limitatio III. quòd
Mobilia etiam separata, dum modò sint de pertinentijs rei immobilis, infeudentur.

Tertiò limita, nisi illa mobilia etiam separata à re immobili essent de pertinentijs illius rei immobilis, & accessoria ad illā, sicut ascriptitius fundo, vt etiam dixi in ij. exemplo dictæ regulæ.

Limitatio IIII. quòd
Item mobilia, quæ conceduntur cum re immobili, etiamsi non sint de pertinentijs illius rei immobilis, infeudentur.

Quartò limita, nisi illa mobilia etiā separata à re immobili, licet non sint de pertinentijs illius rei immobilis, tamen conceduntur cum illa re immobili, vt dixi in loco præallegato in iij. exemplo dictæ regulæ. Ad quod faciunt, quæ dixi suprà in tit. de diffinit. & cognit feud. §. j. versi. Mart. verò Laud. Ex

quibus

quibus apparet, quòd istud procedat, nisi mobilia longè plus valeant, quàm res immobilis, cum qua dantur, arg. §. si quis in aliena tabula. Instit. de re. diuis.

II.

Causa II. ob quam res prohibetur infeudari, uidelicet quòd

Res inalienabilis non poßit infeudari.

SECVNDO Dixi, quòd prohibetur res infeudari ex natura seu qualitate rei, cuius non est commercium, seu quæ non potest alienari. Circa quod facio in primis regulã, quòd ea, quæ sunt prohibita alienari, non possunt infeudari. Tex. est in c. j. §. fi. versic. & res. in tit. per quos fiat invest.

Infeudatio est alienatio.

Ratio huius regulæ assignatur ibi per Bertran. Capri. in princ. & Alua. circa med. ij. col. quia infeudatio est alienatio, vt patet in c. j. & ij. de feud. & dixi s. in ij. §. in vj. limitatione regulæ negatiuæ, versic. vnde facio regulam.

Ampliatio I. continens casus, in quibus à lege prohibetur alienatio, & dicens quòd

Quando priuatus habet iurisdictionem à principe, non poßit illam sine consensu principis alteri infeudare.

Ampliatur hæc regula, vt procedat, siue prohibita sit alienatio à lege, seu consuetudine, ex natura rei, siue ex alia regis prohibitione, vt prosequitur latè

Io.Blan.in summa huius tit.§.item res, quarum alienatio. vbi ponit multos casus, in quibus à lege prohibetur alienatio: aliquãdo ex natura rei, quia in nullius bonis est, sicut sunt res sacræ, religiosæ & sanctæ: §.j. vsq; ad §. singulorum. Instit. de rerum diui. Et ex hoc infertur, quòd iurisdictio, quã habet priuatus à principe, non potest per eum sine consensu principis infeudari: ex quo non potest alienari, per tex. in §.ad hæc. in tit. de pace iuramento fir. secundum intellectum Iac. de Bel. ibi, quem referunt ibi Aluar. & do. Card. multoq; minùs, si illa iurisdictio spectaret ad principem: nam licet aliàs valeat alienatio rei alienæ in præiudicium alienãtis, tamen in casu isto contractus est ipso iure nullus, vt concludunt cõmuniter Doct. in d.§.ad hæc. per illum text. licet si vendat rem suam propriam cum iurisdictione, quæ est principis, quantũ ad venditionem rei suæ, valeat contractus, secundũ Aluar. ibi, circa med. quia licitum est separabile ab illicito, iuxta l. sancimus. C. de donat. & per not. in l.j.§.pen. de verbo. obl. Et vt intelligas clariùs, si talis iurisdictio tenetur in feudũ à principe, est speciale, quo ad hoc, in eo: quia etiam in casibus, in quibus vasal-

vasallus potest subinfeudare sine consensu domini, de quib. in §. beneficiũ. vbi glos. & omnes tangunt in tit.si de feu.fue.contro.& dicetur aliquid ĩ. circa fi. Huius tamen iurisdictio de per se nullo casu poterit subinfeudari sine consensu principis, per prædicta.

¶ Similiter si iurisdictio nõ tenetur in feudum à principe, sed fuit simpliciter concessa, cùm aliàs liceat vnicuiq; alienare res suas, non licebit tamen hanc iurisdictionem sine territorio absque consensu principis. Faciunt, quæ habẽtur in l.j. §.cùm vrbem. ff.de offic.præfec. vrb. & per Bart. & alios in l. j.ff.de iurisd.om. iud.in illa quæstione, an iurisdictio cohęreat territorio? cum concord.ibi traditis, & ibi tetigi. Ex quib. apparet, quòd licet iurisdictio de per se concedatur in feudum, vel aliter alienari non possit, tamen cum territorio potest, vt habetur latiùs in locis præallegatis. ¶ Aliquando propter legis prohibitionem factam ob publicam vtilitatem, sicut in rebus, de quibus in l. apud Iulianum.§.fi.de legat.j. ¶ Aliquando propter vitium, quo est affecta, sicut res litigiosa, l.fi.C.de litig. ¶ Aliquando ex defectu personæ dantis, & de hoc satis dictum est s̃.tit.ij.per totũ.

¶ Aliquando ex defectu personæ accipientis, & sic mixta consideratione rei & personæ, vt sunt res spirituales, quæ non possunt concedi laicis: & de hoc remisi me ad hîc dicenda, s̄.tit.ij.§.ij.in ij. limitatione j. regulę affirmatiuæ.

Prælatus res spirituales non potest concedere in feudum laico.

Circa quod facio conclusionē, quòd Prælatus, qui aliàs potest concedere laicis in feudum res ecclesiæ, non tamen potest concedere res spirituales.

Ecclesia, utpote quæ in nullius est bonis, non potest cōcedi in feudum.

Et in primis non potest ipsam ecclesiam: quia in nullius bonis est, vt s̄. dixi. Et voluërunt Aluar. & do. Card. in c.j. in princ. circa princ. pen. col. qui feu. da.pos.per §.quoniam cognouimus.in authē. de alie. & emphyt. Et est indubitatum, sicut nec etiam aliæ res sacræ cōcedi possunt, vt prædixi.

Decimæ quando poßint laico in feudū cōcedi, uel non.

Idem etiā dico in rebus non sacris, scilicet in spiritualib. quales sunt decimę: quod est indubitatum de his, quæ nunquam fuerunt infeudatæ: de alijs verò distinguitur, an fuerint infeudatæ laico post concilium Lateranense, de quo in c. cùm Apostolica. de his quæ fiunt à

præla.

præla. Aut fuerunt infeudatæ antè, & tunc si fuerunt ad ecclesiam reversæ, est dubium, an possit prælatus iterum illas infeudare laico, ex quo sunt cõsuetæ infeudari laicis. Hanc quæstionem format do. Card. in c. ij. de deci. cuius dicta refert ibi Imol. in fi. xiiij. col. & vlterius quærit hîc do. Flo. ¶ Et arguit do. Card. primò pro parte negatiua, quòd non liceat: quia licet permittatur regulariter prælato infeudare res consuetas infeudari, d. c. ij. de feu. tamẽ reperitur specialis prohibitio in decimis, per c. quamvis. & c. ad hoc. & c. prohibemus. de deci. Ergo non veniunt sub generali permissione, per c. cùm in generali. de offi. vicar. lib. vj. Ipse tamen putat & decidit contrarium, quia solùm reperitur prohibitum, ne de nouo infeudentur decimę post Lateranense conciliũ, sed quando pręlatus cõcedat eas, quæ sunt solitæ concedi ante dictum concilium, non reperitur prohibitum, licet vnus laicus tales decimas non possit infeudare alteri: ideo, vt valeat infeudatio dicto casu, est necesse, quòd simpliciter & purè ille, qui vult remittere, cedat in manus prælati, & deinde prælatus infeudet alteri, & ita dicit obseruari. ¶ Et dicit Imol. vbi s. quòd ista opinio Car.

est de mente glos. in d. c. prohibemus. & re vera gl. ibi satis expressè hoc vult, dum allegat d.c.ij.de feu. Et istam opinionem dicit Imol. seruari communiter. Tamen verior videtur secundum eũ opinio Io.And. in d.c.prohibemus. qui vult contrarium, per illum text. & pro hoc adducit Imol. tex.in c.cùm Apostolica. ad fi. de his,quæ fiunt à prælа. vbi specialiter permittitur laico tenenti tales decimas, illas concedere alteri ecclesię, q̃ Parochiali: & sic pręsupponit, quòd concedi non posset laico,Et ista pars videtur verior, secundũ eũ, cuius dicta refert simpliciter Iason in c.j.in princ. iiij. col.vers.secundò limita.in tit. qui feu.da.pos. ¶ Addo, quòd opinionem Ioan. Andr. sequitur etiam Pan. in d.c. prohibemus.dicens, ita communiter ibi sentire Doct.Mouētur fundamentis eisdem, quibus Imol. Et ista dicta refert Fel.in c.causam,quę. in princ. ij. col.vers.facit etiam ad hoc. de præscript. Et istam opinionem etiã tenet do.Calde. in tit.de feud.consil.j. quē refert do.Card.Alex.in c.j.in prin. circa med.x.col.in ti.qui feud.dar.pos. Et ibi refert opiniones hinc inde,& nihil concludit: maximè refert Paul. de Cast.consil.cxxxviij.incipiente,Dubiũ facit.

facit. qui tenet opinionē do. Card. Flo. quòd possit renouari talis inuestitura in alium laicum. ¶ Et istam opinionē videtur tenere Aluar. in illo c. j. in vij. col. vers. op. ab Extra. Cuius dicta simpliciter refert idem Card. Alex. in illa col. x. circa princ. Ipse tamen do. Card. in c. j. §. sciendum. in fi. de feu. cogni. tenet expressè opinionem Io. And. cōtra do. Card. ¶ Mart. etiam Laud. ibi in vlt. col. in vj. fallētia, nihil clarè firmat, sed remittit ad not. per Io. de Lig. in c. ad hoc. de deci. & dicit, quòd vidit consilia illustrium Doct. Christo. de Casti. & Fulg. consulētium pro opinione Io. And. contra opinionē Hostiensis & Archid. & vult dicere in eo, quod subijciā j. in versic. retēta autem. Host. etiam in sum. de feu. §. quis possit. versic. dic, q. nullo modo. videtur tenere opinionē negatiuam, quòd indubitatè prælatus non possit renouare.

Dubium ex præmissis.

Et ex præmissis remanet quasi dubium, an Prælatus, ad quem feudū decimarum, quas licitè & ante Lateranense cōciliū laicus tenebat, est reversum, possit illud feudum alteri concedere?

Laicus an alteri laico decimas Ecclesiæ, quas habet in feudo, possit in feudum dare, & quando.

Item an posſit conſentire laico volẽti illas remittere alteri laico? Quod eodem iure cenſendum puto, quia ſi poſſet in totum reverſas infeudare, multo fortiùs anteq̃ revertantur, argu. l. ſed ſi manente. ff. de precar. ¶ Et pro parte affirmatiua adduco ea, quæ dixi s̃. tit. ij. §. ij. in iiij. limitatione regulæ affirmatiuæ, maximè in verſ. ſed advertendum eſt. vbi fuit concluſum, quòd licet concurrat duplex prohibitio alienationis, tamẽ res ſolita infeudari, poſsit, ſi ſit ad eccleſiam reverſa, iterum concedi in feudum.

Opinio communis de præcedenti quæſtione.

Nihilo minùs puto opinionẽ Hoſti. Io. And. & ſequaciũ, quæ eſt cõmunis, eſſe veriorem, quòd eo caſu non poſsit prælatus infeudare alteri, per d. c. cùm Apoſtolica. de his, quæ fiunt à prælat. inducendo, vt inducunt Imol. & Pan. quia ſi poſſet laicus tale feudum concedere alteri laico cum conſenſu epiſcopi, cui dubium eſſet, quòd multò magis poſſet alteri eccleſiæ. Et tamen tex. in d. c. cùm Apoſtolica. poſuit pro dubitabili, arg. l. quod Labeo. cum ſimilibus, ff. de Carb. edict. ¶ Nec obſtat argumentum, quod s̃. proximè feci, quando cõcurrunt duę cauſæ prohibitiuæ: quia illud

illud procedit, quando causa prohibitionis respicit solùm rem: secùs, si personam: quia tũc fortior est prohibitio, ex quo accipiens est incapax, per ea, quæ not. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. Ita formaliter respondet do. Card. in d. §. sciendum. in fi. de feu. cognit. Meliùs allegasset notata per Bart. & Doct. in l. multum interest. de verb. obl. ¶ Vel potest responderi, quòd argumentum procedit, quando infeudatio fuit legitimè facta post illas causas prohibitiuas, quia tunc illa alienatio efficit rem alienabilem, non obstante prohibitione: sed in casu nostro prohibitio supervenit post alienationẽ, quia pręsupponit infeudationem factam ante concilium Lateranense, quod prohibuit, ne de cætero fiat. Et sic illa præcedens alienatio non derogat huic prohibitioni, sed econtrà hæc prohibitio, licet non annullet præteritam alienationem, impedit tamen futuram. Bene facit text. in c. j. in princ. in tit. Episcopũ vel Abbat. & quod dixi suprà tit. ij. §. ij. in secunda limitatione secũdę regulæ.

Limitatio I. ad proximè præcedentẽ conclusionẽ, an Si post concilium Latcranense fuit legitimè concessum feudũ decimarũ laico, possit prælatus iterum alienare.

Et ex præmissis posset dari vna limi-

ratio ad dictã conclusionẽ, quòd si post illud conciliũ Lateranense fuerit legitimè cõcessum feudum decimarũ laico, putà cũ consensu Papæ, qđ fieri potest, secundum oẽs, vt notat Imol. in d.c. cũ Apostolica. circa princip. vj. col. per id, quod notant Innoc. & Ioan. And. in c. quod sicut. de elec. cum alijs concord. ibi allegatis per eũ: pleniùs per Feli. in d.c. causam. in ij. col. versic. dicit tñ Ab. de prescript. Et ponit etiam Pan. in d.c. ad hoc. de deci. Certè si ad ecclesiam revertatur feudũ, ex quo est factum alienabile, etiam per vnicam alienationẽ, vt fuit dictũ s̃. tit. ij. §. ij. in vij. declaratione primæ regulæ, versic. omnia tamen præmissa. & versic. sequenti, poterit prelatus iterum alienare: quia cessat tunc ratio suprà dicta. Et facit optimè text. in d.c. j. Episcopum vel Ab. iunctis his, quæ dixi in loco prox. allegato, & per ea, quæ notant Bar. & Doct. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. maximè Alex. ff. de leg. j. ¶ Tamen illa iura procedunt, vbi impedimentũ alienationis nõ respiceret incapacitatem personæ, vt dixi s̃. Vnde posset dici, ꝙ licet Papa fecerit aliquem capacẽ, non tamen alienat, nec per hoc decime desiuerũt esse spiritua-les: & hoc puto verius.

Limi-

Limitatio II. quòd Ius percipiendi fructus decimæ concedatur laico in locationem, secus in feudum.

Secundò limita dictam conclusionem, vt procedat, quando infeudaretur ipsum ius decimandi: secus autem, si concedatur ius percipiendi fructus decimæ, seu ipsi fructus decimæ, dum tamen concedantur ad modicum tempus, vt probatur & not. in c. ij. de locat. & in c. quãvis. de feud. Et ponit Alua. in d. c. j. in princ. qui feud. dar. pos. in princ. viij. col. & circa med. eiusdem, & ibi do. Card. circa med. x. col.

Declaratio præcedentis limitationis.

Hanc tamen limitationem declara procedere in locatione simplici: nam feudum nullo modo potest concedi, etiam in fructibus, licet ad modicum tẽpus concederetur: quia ex quo fit mẽtio de feudo, transferretur vtile dominium, vt dixi in princ. huius §. Istud est de mente Hosti. in summa de feud. §. quis posſit. versic. sed nunquid decimas. & Pano. in d. c. ad hęc. de decimis. ¶ Et eodem modo, si locarentur ipsę decimæ, id est, ipsum ius decimandi: quia tunc indubitatè non valet concesſio, secundum Panor. vbi s. ¶ Fortè tamen tunc impropriarentur verba,

& intelligeretur, Loco tibi decimas, id est, decimarũ fructus, attento quòd in effectu ad hoc tendit iste contractus, per id quod vult Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. in j. col. cũ concord. traditis per Alex. in iij. vol. consil. cx. aliàs cxviij. incipiente, Perspectis verbis instrumenti. & per nor. in l. sed & si possessori. §. itẽ si iurauero. ff. de iureiur. cum concord. & bonus text. in l. si olei. C. locat. Et idem posset dici in casu præcedenti. Et istud est de mente Io. Blanc. in summa huius tit. §. item quæritur, an decimæ. qui expressè dicit, quòd decimæ possunt concedi laico in feudũ, vel emphyteosim ad modicum tempus. ¶ Si verò fiat locatio de fructibus ipsius decimæ, & tunc adhibetur distinctio, de qua s. an ad longum tempus, scilicet x. annorum: an ad modicum tempus, vt traditur in locis præallegatis.

Decimæ ad uitam suam an alicui concedi poßint.

Sed dubiũ est, an possint alicui concedi ad vitã suam? Nam glo. in c. quamvis de deci. tenet, quòd sic: & dicit ibi Pan. quòd illam non reperit ab aliquo morderi. Et illam etiam videtur sequi ipse in c. ad hoc. eo. titulo. Tamen subijcit ipse in d. c. quamvis, quòd clarum est,

est, hoc non posse fieri sine cōsensu superioris, per text. in Cle. j. de rebus eccles. non ali. Etiā & reverà ibi est text. cum glos. in verbo eius, quòd ista locatio, quæ est ad vitam, censetur perpetua, per l. j. ff. pro socio. & not. in c. perpetua. x. q. ij. Et illam glo. sequuntur ibi cōmuniter Doct. & Alex. in iij. vol. consil. pen. incipiente, Visis & narratis in themate.

Quomodo probetur, quòd feudum Ecclesiasticum fuerit concessum ante concilium Lateranense.

Retenta autem alia opinione pro vera, quòd quando feudum decimarum fuit cōcessum ante Lateranense concilium, si ad ecclesiam revertatur, possit iterum concedi, stat quæstio, quomodo probabitur ista concessio facta tam de antiquo? Et breuiter Io. And. in d. c. cùm Apostolica. de his, quæ fiūt à Prælat. tenet, quòd probatur illud fuisse tentum & recognitum ab ecclesia à tāto tempore, quòd memoria in contrarium non existat, & præsumetur concessio facta ante concilium Lateranēse. Et sequuntur ibi communiter Doct. vt refert Alex. in j. vol. consi. vj. incipiēte, Viso themate & dubijs. in vlt. col. & sequitur etiam Bal. in iij. vol. consilio cccxviij. incipiente, Præsupposito

quòd post.& Paul.de Cast.consil. cxxxviij. incipiente, Dubium facit. quod allegaui in præcedentibus.

Ampliatio II. principalis, ostendens quando Res prohibita alienari etiam ab homine, infeudari possit.

Secundò principaliter ampliatur regula posita in principio huius §. quòd res prohibita alienari non potest concedi in feudũ, vt procedat etiã in prohibitione facta ab homine, per l. fi. C. de re.ali. non ali.iuncto tex. in d. §. sed & res.in tit. per quos fi.invest.in generalitate sui. Ita dicit Aluar. ibi circa fi. primæ col.

Intellectus & declaratio præcedentis ampliationis secundum And. de Iser.

Quod intelligit & declarat ibi And. de Iser.circa fi.ij.col.quando fit prohibitio à testatore, quæ impedit dominij translationem, l. filiusfamiliâs.§.diui. cum ibi plenè not. de legat. j. Secus, si per contractum: quia tunc regulariter non impeditur translatio vtilis dominij per infeudationem,licet infeudans teneatur ad interesse,per l.si ita quis.§. eadem lege.ff. de verb. obl. & l.eadem lege.C.de condict.ob causam.& vtrobiq; not.cum concord.

Vbi impeditur translatio dominij directi, impeditur cum translatione utilis & econtrà.

Et

Et ex hoc infertur, quòd vbicunque per prohibitionem alienationis, siue fiat à lege, siue à iudice, siue à testatore, siue à contrahente, impeditur dominij translatio: de quibus latè in locis præallegatis, maximè per Mod. & in c. Raynaldus. de testa. & in l. qui absenti. §. j. ff. de acquir. posse. cum concord. Illis casibus per infeudationẽ non transfertur vtile dominiũ. Vbi verò non impeditur translatio dominij directi, non impeditur etiam translatio vtilis, sed agetur ad interesse.

Limitatio Regulæ præcedentis in initio huius §. positæ, quòd

Res feudalis licet non alienetur, tamen infeudetur.

Prędicta tamen regula posita in principio huius §. limitatur, vt non procedat in re feudali, quæ licet prohibeatur alienari, per c. j. in tit. de prohib. feu. ali. per Lothar. & c. Imperialẽ. in princ. de prohib. feu. alie. per Fred. cum similibus, tamen non prohibetur infeudari. Istam limitationem cum quibusdã modificationibus ponit text. in d. §. sed & res. per quos fiat invest. Sed de hoc reseruo pleniùs dicendum in titul. de alie. feud.

Res emphyteutica etiam potest infeudari domino inconsulto.

Nunquid autem res emphyteotica possit concedi in feudum inconsulto domino, tangit Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. cxxix. & determinat, quòd sic, per quasdá rationes, quæ possunt videri: & sequitur Imo. in c. potuit. de locat. in j. titul. Refert & sequitur Ias. in tract. de iure emphyt. super l. iij. in versic. tertiò quęro. in colum. ccxxiij. secũdùm antiquam impressionem, & in colum. cxlviij. secundum nouam.

Hic superſedit Compilator in Galliam à Rege Ludouico XII. euocatus, neq; postea perficere potuit, publicis occupationibus præpeditus.

FINIS.

PER THOMAM GVARINVM,
ANNO M. D. LXVI.


PALMA
ISING

